



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

SVMMVM BONVM,

Quod est

Verum	{	MAGIÆ	} Veræ	{ Subjectum.
		CABALÆ		
		ALCHYMIÆ		
		Fratrum Rosæ Crucis verorum		

*In dictarum Scientiarum laudem, & insignis calumniatoris Fratris
Marini Merfenni dedecus publicatum,*

PER IOACHIMVM FRIZIVM.



ANNO M. DC. XXIX.



TYPOGRAPHVS LECTORI.

Quoniam hic de summo Bono Tractatus, insignes Fratris Marini Mercenii, in tres Artes celeberrimas & nuda sua veritate immaculatas (ut, cunque à Spurijs Sophistis & Artistis conspurcatis & commaculatis) detegere videtur calumnias, idcirco, illum huic U. C L. Rob. Fludd, ad ipsum Responsum subnectere (quo de Monacho isto rectius possis iudicare) opera fore precium existimaui. Vale.

LIBER

LIBER PRIMVS
DE MAGIA, ET NOBILIS-
SIMO EIVS SVBIECTO
TRACTAT.



Communis est opinio, Magiam esse vocabulum Persicum, nam huic assertioni videtur Porphyrius & Apuleius astipulari, dicuntque eam idem lingua Persica sonare, quod Sapientia, Philosophia, & Sacerdotium, & consequenter Magus idem est quod Sapiens Philosophus, & Sacerdos. At vero pro extensione sua in genere in partes duas dicta est Magia, iuxta naturam Sapientiae ab Apostolo descriptae partiri, cuius unam facit humanam seu mundanam, quam ait esse meram *stultitiam*, aliam vero *diuinam*, quae iterum se extendit in naturalem, quatenus Sapientia illa operatur in natura, & in ea facit *creaturas* (iuxta Psalmistae regij sententiam) *enarrare gloriam creatoris*, & alia est *supernaturalis & mystica*, de qua intendit Apostolus, ubi ait *Sapientiam Dei loquimur in mysterio, quam Deus nobis reuelavit per Spiritum suum*. Illa vero 1. Cor. 2. 97. quae est humana & mundana, quam & alij Magiam ceremonialem vocant, est impia & tam Deo quam piis hominibus odiosa, sed ut haec meliori methodo colligere possitis, Sapientia in genere in hunc modum iuxta Arabatellis in summo suo de Sapientia studio sententiam describitur.

Isagoge Arabatellis,

Arbasel
Aphor.

Magia seu
Sapientia
ingenere
est scien-
tia vel

Boni, estq;
Sapientia
vera, cu-
ius spe-
cies vna
est

Theoso-
phia

Anthropo-
sophia ho-
mini à
Deo data

Cacoso-
phia

Mali estq;
Pseudo-
sophia, seu
Sapientia
illa huma-
na, quæ
est falsa &
fraudu-
lenta, at-
que hæc
duplex

Cacoda-
monia quæ
versatur
in præ-
teritiæ hu-
mani ge-
neris hu-
ius autem
species
sunt:

Notitia Dei Verbi, & vitæ iuxta Verbum
Dei institutio.

Notitia gubernationis Dei per Angelos,
quos Scriptura sacra vigiles vocat, & in-
telligere Angelorum mysteria.

Scientia rerum naturalium, & mirabilium
in iis contentarum, est que Philosophiæ
naturalis.

Prudentia humanarum rerum, quæ est
Philosophiæ moralis & Politicæ sub-
iectum.

Contemptus Verbi Dei & vivere ex Dia-
boli voluntate.

Ignorantia gubernationis Dei per An-
gelos.

Contemnere custodiam Angelorum & so-
cios esse Diabolorum.

Idololatria, & Archeismus.

Veneficium, quæ in pharmacis poculis &
philtris ad humanum damnum paratis
versatur.

Necromantia, immundorum Spirituum
commertijs inauspicatæ & nefariæ cu-
riositatis ritibus, illicitis carminibus, &
deprecamentis concinnata.

Theurgia, quæ videtur bonis Angelis diu-
noq; numini regi, cum tamen sub Dei
& Angelorum nominibus, malis Dæ-
monum fallacijs obstringatur.

Scientia præstigiatrix, mediante qua Magi
phantasmata edunt, atq; etiam multa
miracula, idq; partim suffumigijs, lumi-
nibus, philtris, annulis, imaginibus, spe-
culis, cum qua etiam se commiscet Ne-
cromantica incantamenta, imprecatio-
nes, & fallaciæ Dæmonum.

Quibus

Quibus lucide Sapientibus arguere videtur, quod tota Magia Ideo non sit à Christianis repudianda, quoniam aliqua eius portio, seu species circa pessima & animo Christiano abominabilia versatur. Si, inquam, Sapientia mundana, quæ est fructus inuentionis humanæ sit stolidi, iuxta Apostoli verba, & ad pessima conducens. Non est igitur illa vera, & à Deo in mundum inspiratione diuina ob creaturarum beneficium immissa, propter diabolicas alterius ineptias repudianda, atque ab hominibus Christianis in obliuionem perpetuam releganda: utpote ablata, qua nihil in orbe terrarum inueniatur Sapientiz, vel diuinæ vel naturalis. Pro illa autem scientia mali, quæ in causa erat lapsus Adami (quippe qui, rem habens, cum serpente deceptus fuit, atque ita de arbore, tam mali quam boni gustauit) cupio ex corde, cum omnibus Christianis, in vera & sincera Dei Sapientia versatis, quod in barathrum ad suum dominum Diabolum esset detrusa, utpote quæ astutiis, dicti sui domini in mundum primordialiter ad ruinam & perniciem humanam esset sursum, more exhalationis, inspiratum, ut ita nullum posteritati humanæ relinqueretur tanti iniquitatis mysterij vestigium.

Pro meliori ergo inter duas species distinctione, scientiam bonam, *Magiam*, malam vero directe *Cacomagiam* dicuntur authores.

Quæ *naturalis* est nuncupata: ad naturæ mysteria, tam cœlestia quam terrestria reuelanda, atque indaganda destinatur: unde & mediante hac scientia *Magi*, accuratissimi naturæ exploratores, applicando actiua passiuus, idque docta atque experta manu, ea tandem produxerunt mundo, quæ vulgus pro miraculis æstimauit: & opera quandoque supra omnem admirationem proferre solebant, uti scriptis mandauerunt authores fide digni: & nonnunquam ars ista ad supernaturale mysterium conducit, Spiritum creaturæ incorruptibilem, seu ipsam quintam essentiam, radio diuino plenissimam, chymia vera, & non spuria ex tenebris in mortalium conspectum producendo: mediante qua tot & tanta in lucem prodiderunt *Magi veteres*, non *Cacomagi* (ut inscientes putant) qui in Sapientiam pessimam, & *Cacomagicam* sunt exercitati, sed veri Sapientes, ij videlicet, qui Sapientiz donum à Deo acceperunt, quales fuerunt tres illi *Magi*, seu Sapientes, qui ab oriente, nato Christo, stellam eius sequebantur: reges, inquam, illi tres, qui Christum mundi Saluatorem nasci prælagierunt. Sciendum autem est, quod quatuor fuerunt istius *Magiæ naturalis* scholæ antiquitus per vniuersum mundum famigerabiles, videlicet Indica, Persica, Chaldaica & Æthiopica: In illa Indica apud Brachmanas maxima erat de Hiercha fama, de Tespione apud Gymnosophistas, de Budda apud Babylonios, de Numa Pompilio apud Romanos, de Zamolxide apud Thraces, de Abbari apud Hyperboreos, de Hermete apud Ægyptios, de Zoroastre Oromasi filio apud Persas, ex qua parte mundi venerunt tres illi reges, Christum natam quæritantes, ut muneribus eum adorarent: quos Euangeliorum interpretes, exponunt Chaldæorum Philosophos, cuiusmodi erant Hiarcha Indus Budda, Babylonicus, Zoroastres, Persicus. Atque hi dicti sunt reges, quoniam testatur Plato in Alcibiade, quod filij Persarum regum, ut ad Reipub. mundanæ imaginem, ipsi rempub. administrare distribuereque condiscant, in istiusmodi *magiæ naturalis* mysteriis fuerunt instructi. Et Cicero huic Platonis opinioni astipulari videtur, dicens, in libris de diuinatione, neminem apud Persas regio diademate ornatum fuisse, qui prius *Magiam* non didicisset: Atque hæc videtur esse ratio, quod reges hi orientales fuerint in Sapientia, seu *Magia* bona eruditissimi, quærentes, Magorum & Sapientum nomen, unde à S P I R I T V S A N C T O in Euangelio pro Magis describuntur.

Estne igitur Magiæ vel Magorum nomen, in tanto apud mortales, odio habendum, quod facta & litera tanto honore celebrare, & recordari videntur? aut estne quisquam ideo credendus, qui ob vnius Magiæ membrum malum, bonum etiam ex mortalium memoria eradicare tentat? ac si propter hominum pessimorum peccata etiam & boni cum malis sint penitus extirpandi & funditus tollendi?

At sunt qui Magiæ vocabulo sine vlla distinctione per totum operum suorum filum perpetuum in parte pessima vtuntur, hoc est pro Cacomagiâ accipiunt, haud intelligentes nullum esse inter Philosophiam naturalem & Magiam naturalem, & consequenter inter Magum & Philosophum, discrimen, tametsi etiam Hieronymus ad Paulinum, istiusmodi Magiæ meminisse haud est indignatus, vbi ait Apollonium Tyanaum fuisse Magum, seu Philosophum Pythagoricum.

Nonne etiam, contra ipsorum sensum, oculis apertis percipere potestis, ex superiori distinctionis præcedentis ramo, quod Sapientia vera (quæ est scientia boni) habet in Theosophica sua natura, docere non modo notitiam Verbi Dei, hoc est, Sapientiæ æternæ, verum etiam illam qua docemur, quomodo Deus mediantibus Angelis omnia gubernet, vnde & vigiles à sacra pagina dicuntur, atque etiam per eam Angelicorum mysteriorum participes sumus facti? Nonne etiam per vnicum Cacomagiæ membrum includuntur illi, qui ignorantia gubernationis Dei per Angelos rapiuntur, & custodiam Angelorum contemnentes, socios volenter nolenter se reddunt Diabolis? At & hoc à sacris literis confirmatum habemus, videlicet, quod Deus efficiat Verbum mediantibus suis Angelis validissimis robore, & quod Angelorum sit officium præstare placitum Dei, & quod quilibet habet suum Angelum bonum, ante faciem Patris, qui est in cælis.

Psal. 103. 4.

Sed cur de hac re dubium vterius faciamus, cum ipsa Biblia sacra ubique videntur de hoc subiecto resonare? Et tamen Monachus quidam Mersennus dictus, insciter, scio, in istam Cacosophiæ caueam incidit, quippe quod ipse Angelorum virtutes, & ipsorum sub Deo in mundo gubernationes & custodiam à Deo in nos assignatam negare, eosque Magos impios vocare videtur, qui ita sentiunt, atque hac ratione, in hac sua Angelorum bonorum custodiæ abnegatione se Diabolorum socium reddit.

Sed quoniam hic bonus author pro suo malo placito vires Europeos, doctrina clarissimos etiam religione Romana immaculatos, utpote, habitu religioso indutos & vitæ honestate intactos, falso de Magia impia, cacomagiâ reuera dicta, acriter reprehendit, ideo videant per hæc, quæ sequuntur Lectores: An viri isti sint reuera tales, quales à Marino esse accusantur. Ante thronum tribunale producantur ipsorum scripta, ut quid in Dominorum suorum causa proferre possint, quo Dominos suos aut Cacomagiæ insontes aut reos esse dicant, intelligatis: ut hac ratione colligatis, an pro Cacomagis impiis vel magis naturalibus, diuinis legibus haud incongruis, sint re vera habendi: & primum Rogerij Baconis accusationem à Marino Mersenno introductam explicabo, deinde ipsius responsum dabo, atque ita cum cæteris progrediar.

Ex Col. 971. Mersenni.

Est autem notandum, quod Rogerius Baco librum unum de Nigromanticis imaginibus, alterum de excantationibus, duos de Alchymia, & alios innumeros de Astrologiis mysteriis scripserit. Adeo cautus est humani generis amulus, ut etiam viris, alioquin doctissimis illudat & eos in errorem abducas, quorum certe eo periculosior est familiaritas, quo melius insana doctrina venenum diuersis coniecturis, & trivis rationibus obtegunt, quorum consuetudine etiam electi, si fieri potest, in periculum suæ salutis, & æternæ interitum, coniiciantur.

Roger.

Robert. Baco: pro se ex libello de potestate Artis, &
Naturæ.

Licet natura potens sit, & mirabilis, tamen ars utens natura pro instrumento, potentior est virtute naturali, sicut vidimus in multis. Quicquid autem est præter operationem Naturæ vel artis, aut non est humanum, aut est fictum, & fraudibus occupatum. Propter hoc nequior est occupatio, quando homo contemnit leges Philosophiæ & contra omnem rationem, Spiritus inuocat nefarios, ut per eos compleat suam voluntatem. Et in hoc est error, quod sibi credunt subiici Spiritus, & quod Spiritus cogantur humana voluntate, hoc enim impossibile est, quia vis humana longe inferior est, quàm illa Spirituum. Aut quia in hoc magis aberrant, quod per aliquas res naturales quibus utuntur, credunt vel aduocari, vel fugari Spiritus malignos: & adhuc errant, quando per inuocationes, deprecationes, & sacrificia nituntur homines eos placare, & adducere pro utilitate hominum: facilius enim sine comparatione, à Deo impetrandum foret vel à bonis Spiritibus quicquid homo debet utile reputare. Sed nec in his inutilibus fauorabiles assistunt Spiritus maligni, nisi in quantum propter hominum peccata à Deo permittitur, qui humanum genus regit & gubernat: & ideo ista via sunt præter Sapientiæ documenta: imo melius in contrarium operantur, nec unquam Philosophantes de his modis curarunt.

Et alibi. Et sic multa secreta Naturæ & artis existimantur Magica, & Magi confidunt stulte, carminibus & characteribus, quod iis præbeant virtutem & pro assequutione eorum relinquunt opus naturæ & artis propter errorem carminum & characterum, & sic utrumq; genus hominum istorum priuatur utilitate Sapientiæ, sua stultitia cogente. Quæ ergo in libris Magicorum continentur, omnia sunt arcenda: quamuis aliquid veri contineant, quia tot falsis abutuntur, quod non potest discerni inter verum & falsum.

Hæc ille pro se ipso, & ibi per totum suum libellum admirabilem artis & naturæ potestatem, hoc est Magiæ naturalis mysteria declarat.

Quid dicitis (Iudices iusti) Anne est hic vir religiosus, iuxta Monachi illius sententiam reus, vel non reus. Plura hac in re non dicam, quoniam luce meridiana clarius elucet viri istius boni (inuito calumniatore) integritas. At iam alius producat: sitq; Abbas: vir in ecclesia Romana æstimationis haud minimæ, Tritemius, dico, Abbas, vir omnibus doctis notus, & ob scientiam suam profundam celeberrimus, qui non modo se, sed & alios viros Religiosos pro se loquentes habet. Accusatio, imo vere iudicium eius est tale.

Ex Col. 42. Mersenni In V. 1.

Ceteras Rabinorum rhapsodias & Onomatopoeias libens relinquo, sicut ea quæ Cornelius loco citato habet, & Tritemius in Steganographia flammis dignissima &c.

Tritemius pro se in Epistola sua ad Cornelium Agrippam.

Petimus, & rogamus quatenus tuo te labore ad meliora semper exercites & lumen veræ Sapientiæ, quo maxime & diuinitus illustraris, etiam ignorantibus demonstres: nec te retrahet à proposito quorumcunq; consideratio (aduerte Mersenne) nebulonum, de quibus vere dictum est, bos lassus fortiter figit pedem, &c.

Hæc ille pro se, quibus mundo indicare gestit quod totum viri Christiani conamen sit in acquisitione luminis veræ Sapientiæ, quo diuinitus illuminetur, ut in eo lumine, videat lumen.

Sigismundus Abbas apparet ex parte Tritemij. vt Col. 440.

operis Marini.

Ego D. Sigismundus Abbas Monasterij Seon ordinis sancti Benedicti fateor & attestor, omnia, quæ scripta sunt in tribus libris Steganographiæ Tritemij esse naturalia & ad Magiam naturalem pertinentia, tametsi non intelligantur ob diuersos characteres numeros, modosq; coniurationis, quibus Demoniacam Magiam propagare videtur, tametsi sub illis nominibus, arcana naturalia tantum abscondat, &c.

Hæc

Hæc Sigismundus: Iudicate ergo an hic Abbas sit, an potius magis reus nobis. Accedamus ad tertium, qui in questionem vocatus pro Mago inquit, & est iste *Marsilius Ficinus* Sacerdos, quem istiusmodi accusatione persequitur.

Ex Colum. 1704. Merfenni.

Obiicit, *Marsilius Ficinus*, virum Catholicum, & Christianum vires Musicæ insidera referre, ideo ut carminibus superiores in *astrali* astrali. Respondeo quidem *Ficinum* Catholicum non esse, ubi nugatur *Magica*, & *Astrologica* affert, & probat.

Marsilius Ficinus in sua Apologia in *Merfenni* pro se sic respondet.

Magiam vel imagines non probari quidem a *Marsilio*, sed narrare *Plotinum* ipsum interpretantem. Quod & scripta plane desiderant, si aqua mente legantur. Neq. de Magia hic profana, qua cultu Damonum nititur, verbum quidem ullum asseuerant, sed de Magia naturali, qua rebus naturalibus ad prosperam corporum valetudinem, celestium beneficia capiat, effeci mentionem, qua sane facultas, tam concedenda videtur ingenij legitime utentibus quam medicina & agricultura, iure conceditur, tamq. etiam magis, quanto perfectior est, industria terrena celestia copulans. Et hæc officina magi omnium primi Christum statim natum adorauerunt. Quid igitur expanescit Magi nomen formidolose, Nomen Euangelio gratiosum, quod non maleficium & veneficum, sed Sapientem sonat & Sacerdotem, &c.

Hæc petra Guiciardini ad Domini sui reputationem contra detractorem defendendam.

An igitur vir iste bonus sit accusatione tanta dignus, iudiciis vestris relinquo.

At iam ad Archimagi, ut ait, illius *Cornelij Agrippæ* accusationem, & iudicium producantur Eius scripta: Ille autem qui est fratrum suorum accusator sic pergit.

Ex Col. Merfenni 39. In v.

Agrippa sui oblitus, atq. Magia addictissimus Archimagus varia fingit Angelorum nomina, &c.

Producuntur eius scripta dominum suum excusantia.

In primis ipsius innocentia indicat Declamatio eius de vanitate scientiarum & liber ille quem scripsit, de excellentia Verbi Dei, quod est solum, & vnicum illud mysterium, quod Sapientes tanta vehementia, & tanta diligentia quasiuerunt.

Deinde legimus in eius Epistola ad Lectorem Philosophiæ ipsius occultæ medullam in his verbis.

Non dubito, quin titulus libri nostri, de occulta Philosophiæ sue de Magia raritate sua, quam plurimos alliciat ad legendum, inter quos nonnulli oblique opinionis, mente languidi, multi etiam maligni, & ad ingenium nostrum ingrati accedent, qui temeraria sua ignorantia Magia nomen in partem deteriore accipientes, vix conspectu titulo clamabunt nos vetitas artes docere, hæresum semina iacere, pythiuribus offendiculo, præclaris ingeniis scandalo esse, maleficum esse, superstitiosum esse, demoniacum esse, Magus quod sit. Quibus sic respondeam, Magum apud literatos viros non esse maleficum, non superstitiosum, non demoniacum sonare: Sed Sapientem, sed Sacerdotem, sed Prophetam: Sibyllas Magas esse, proinde de Christo tam apertissime prophetasse. Iam vero Magos, ex mirabilibus mundi arcanis ipsius mundi authorem Christum cognovisse natum, omniumq. primos venisse ad illum adorandum, ipsumq. Magia nomen acceptum Philosophis, laudatum à Theologis, etiam ipso Euangelio non ingratum. Credo ego istos, tam pertinacis supercilij censors Sibyllis & Sanctis magis vel ipso Euangelio prius sibi interdicturos quam ipsum Magia nomen recepturi sint in gratiam &c. Hæc est istam nostram Philosophiam præter Magiam ipsam, multa superuacua & ad ostentationem curiosa docere

docere prodigia, simul hæc ut vana relinquent, causas tamen illorum ne ignorete. Quæ vero ad hominum utilitatem auertendos malos euentus, ad destruenda maleficia, ad curandos morbos, ad exterminanda phantasmata, ad conseruandam vitam, honoris, fortunæ dexteritatem, sine Dei offensa, sine religionis iniuria fieri possunt, quis illa non tam utilia censeat, quam etiam necessaria, &c.

Hæc Agrippa pro se responderet: quem etiam cum cæteris iudicum iustorum censuræ committo.

Ex quibus Sole lucidius apparet, quod isti viri doctissimi, tametsi spuria & ceremonialia impura puris permisceant, tamen tota ipsorum intentio versatur circa veram Magiam, circa veram & sanctam Sapientiam, circa verum & vnicum illud Philosophorum Bonum Summum, & non Cacomagiam, quoniam ipsi vnanimi consensu Cacomagiam, (vti ex omnibus ipsorum assertionibus colligere fas est) odio habent.

At Lectores fortasse curiosi scire desiderabunt rationem, cur isti auctores spuria, superuacua & prodigiosa seu negromantica, cum vera Sapientia, & nuda veritate permiscere soleant, quibus respondeo, quoniam noluisse, prima fronte margaritas porcis prolicere, nec voluerunt, vt rosæ suæ sine spinis reperirentur: Scripserunt ergo ita vt à solis sapientibus intelligantur: nam aliud legit, aliud intelligit sapiens: vnde ait Sigismundus Abbas. *Tametsi Tritemius characteres, numeros, variosque coniurationis modos, quibus Dæmoniacâ Magiâ propagare videtur, habeat: tamen sub illis nominibus arcana naturalia tantummodo abscondit, &c.* Quod & Agrippa intendere videtur: confitendo quod quamuis sua Philosophia, vana & superstitiosa cum veritate contineat, tamen nos monet, vt vana relinquamus, sub ea cautela, vt causas eorum occultas minime ignoremus: inde arguendo, quod mysterium sub figmento, & rem spiritualement sub cortice, vel litera, & characterem sanctum sub vocabulo angeli contineatur: Atque hoc fecerunt ad exemplum veterum, atque antiquorum philosophorum, inter quos Socrates noluit, quod pellibus caprarum & ouium secreta naturæ mandarentur, ne à quolibet indigno intelligerentur. Et Aristoteles in libro secretorum ait. *Quod pro fractore sigilli celestis haberetur, qui secreta artis & naturæ communicaret.* Atque tota philosophorum turba in hoc conueniunt: quod nihil in sua philosophia occultauerit præter secretum artis, dicitque non sibi licitum esse illud cuiquam reuelare, quod si fieret malediceretur quod & indignationem Dei moueret. & alibi *Se non à doctis & veris artis filiis, sed ab indignis scientia naturalis mysteria occultasse dicit.* At vt, ad Rogerii Baconis, (quem Mersennus Cacomagiæ reum facit) dicta, perueniam Ipse eum insanum vocat qui aliquid secretum præterquam gryphis & ænigmatibus mundo propalare voluit, aut scriptis mandare, quibus à mundo cælaretur, & à studiosis & sapientibus vix intelligeretur. Et Morienus ait. *Hoc mysterium est tectum & absconditum, & ubicumque fuerit mille nominibus nominatur, est etiam sigillatum neque nisi sapientibus apertum, & tamen res est vna, via operationis vnica & linearis.* Et Arbatel ille sapiens verus, (licet etiam pro Cacomago falso habeatur,) in Aphorismo primordiali sic loquitur. *Qui vult secreta scire, secreta secrete sciat custodire, & reuelanda reuelet, sigillanda sigillet, & sacrum non det canibus neque margaritas proiciat ante porcos, hanc legem obserua & aperientur tibi oculi mentis ad intelligenda secreta.* Hæc ille. Et Salomon ait: *sapientis est calare rem.* Et Christus ait loquimini eis in parabolis. &c.

Ex col. 470.

Hic ergo iudicate Lectores, an tantum sit istis bonis viris criminis imponendum ac Marinus Mersennus suis clamoribus mundo publicauit, & an magiæ vocabulum in tanto odio habendum, si in sincera & simplici sua natura consideretur.

LIBER SECVNDVS.

In quo

CABALÆ NATVRA,
ATQVE IPSIVS FVNDAMENTVM
DETEGITVR.

Renobl. l. i.

Abala (vt ab ipsius vocabuli natura eius definitionem extrahamus) est auricularis mysterii Dei & naturæ ab altero receptio, Vel sic, Cabala est diuinæ reuelationis, ad salutiferam Dei, & formarum separatarum contemplationem tradita, symbolica receptio; quam qui cælesti sortiuntur afflatu, recte nomine Cabalista dicuntur. Et quamuis nomen hoc Hebraicum, non nisi tempore Christianorum videtur fuisse cognitum, est tamen certissimum, quod ars ista sit admodum vetusta, sunt autem qui eam à Moÿsis tantummodo temporibus originem suam duxisse volunt, tamen si, re paulo accuratiori intuitu considerata, percipiemus quidem ipsam etiam ab Adami seculo propagatam fuisse, cui etiam imprimis ab ipso creatore reuelatum est tantum arcanum, quod postea successione temporis tanquam à patre ad filium est traditum, non quidem cuilibet ætate maiori, sed tam natu maiori, quam minori, quem Deus admittere voluit: vt testantur scripta sacra. Hinc ergo visus est Deus maiorem gratiam Abeli præbere, quam Cain, vnde & illius oblatio ipsi fuit grata, huius vero repudiata, quod etiam voluntate diuina Iacobo euenit, excluso Esau.

8ap. 10. 11.

Subiectum istius scientiæ mysticæ erat sapientia illa mystica à temporibus Adami, ad illud Apostolorum adeo decantata. Quod etiam & Sapiens successiua relatione sic confirmare videtur. Sapientia custodiuit Adamum deditque ei virtutem continendi omnia. Ab hac deperit Cain, hac sanauit terram aquis submersam, & Iustum Noe gubernauit. Hac Abrahamum iustum conseruauit & custodiuit. Hac Lot fugientem liberauit, ab igne descendente in Pentapolim. Hac Iacobum ab ira fratris profugum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: Hac Iosephum iustum non dereliquit, sed a peccatoribus liberauit eum. Hac Israelitas à seruitute Aegyptiaca liberauit. Hac intravit in animam Moÿsis, qua stetit contra reges horrendos in portentis, & signis. Hac deduxit Israelitas in via mirabili, & fuit illis in velamentum die, & in lucem stellarem per noctem. Hac transtulit illos per mare rubrum. Hac direxit opera peregrinantium in manibus propheta sancti & steterunt contra hostes. Hac data erat illis aqua de petra &c.

1. Cor. 2.

Denique ipsi Apostoli agnoscunt hanc ipsam esse suum mysterium absconditum quod à mundi primordio habuit suum initium. Sapientiam (inquit Apostolus) mysticam, loquimur in mysterio utpote absconditam, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram & nobis reuelauit Deus per spiritum. Ratione autem cur Deus non ambulet cum iis, qui istiusmodi dono minime sint præditi, declarat Salomon. Amicos (ait) Dei & prophetas constituit sapientia, neminem enim diligit Deus nisi eum, qui cum sapientia habitat.

Atque hinc erat, quod acceptabilis fuerit oblatio Abelis Deo, illa vero Caini reiecta, sic etiā & Iacob erat dilectus à Deo amari Esau vero eius fratrem natu seniore, odio habuit, quare ab eo tempore, quo Benedictionem mysticā à suo patre Isaac accepisset, & non ante, Deus cum suis angelis, primum in somniis, & tum postea facie ad faciem ei comparebat, atque ab illo tempore iuxta pactum eū Abrahamo & Isaaco eius patribus factū, cum domo Israelitarum

rum

rum semper ambulauit, vt ex supra citato loco est declaratum: sed non omnibus Israelitis, verum vni vel alteri totius multitudinis, occulta traditione communicata atque reuelata erat, scientia hæc mystica, mediante qua sapientiæ sanctæ participes fuerunt facti. Sed Iosephus, quem Iacobus tanto prosequabatur amore, vt à fratribus odio haberetur, donū somniandi somnia vera, somniorumque occulta reuelandi, atque detegendi habuit tam excelsum, mediante reuelatione spiritus istius mystici, vt ipsi Ægyptii veritate commoti, in hanc de eo prorumperent sententiam: *Anne inuenire possumus huic similem in quo spiritus Deorum sit? Nemo est prudens & sapiens sicut tu.* Tum postea Moyſi, successione Cabalistica, peruenit mysterium hoc vt-pote valè à Deo electo, in cuius tempore necessitate cogente, & imperante Iehoua, communicatum erat hoc donum 70. senioribus, ac ita in multitudinem erat expansum. Atque seculo sequenti, vis ista diuinitus data, in Iosua fuit reposita, & ita successione Iudicibus domus Israelis communicata, à quibus ad regem Dauidem & Salomonem filium, vt-pote cui à patre reuelata erat donum illud diuinum acquirendi via, tum postea prophetis & sacerdotibus Esdræ & Machabæis: Ac tandem Christus isto spiritu omnium hominum maxime repletus, viam istius sapientiæ mysticæ acquirendæ docuit Apostolos, qui etiam & eam eorum successoribus ad mundi finem vsque reliquit.

Quod si hoc non esset mysterium absconditum traditione Cabalistica à patre filio vnico, aut à fidei magistro digno discipulo reuelandum, cur tam grauius accepisset Isaac, quod donum hoc, contra suam voluntatem, Iacob dedit, vnde dictum est, expauit Isaac stupore vehementi &c. & etiam quod Esau tam acriter à fratre accepisset, hunc ipsius dolū, ipse mirū in modum exclamando. Nam dictum est *auditis Esau sermonibus patris irrugit clamore magno & consternatus ait Benedic etiam mihi mi pater: qui ait, venit Germanus fraudulenter, & accepit Benedictionem tuam. Cui ille, supplanauit me, en, altera vice, & nunc secundo surripuit benedictionem meā. Rursumque ad patrem: Nunquid non reseruasti (ait) & mihi benedictionem, &c.* Hinc ergo erat quod Esau Iacobum fratrem suum diu odio habuit & ei mortem interminatus est, quæ admodum Cain morte pledebatur fratrem suum Abelem ob eandem causam, videlicet quoniam percepit Deum fuisse ex parte ipsius, sibi autem, & sacrificiis suis aduersum.

Sed vt iam ad methodicam Cabalæ in genere sumptæ diuisionem perueniamus, dicimus quod

Cabala diuiditur in	Veram & essentialem, cuius duæ sunt species	Cosmologia seu Breseth quæ	{ Cœlestium Terrestrium }	vires explicat.
		Mercaua, estq: vel	{ Notariaca. Theomantica.	
	Superstitiosam & spuriam, cuius tres sunt species	Gematria quæ & Arithmetica dicitur: versata in	{ Syllabarum & dictionum transmutatione. Numerorum characterum supputatione.	
				Notariaca, literas pro dictionibus exprimens.
		Temurah, seu commutatio literarum, vtpote in qua altera pro altera accipitur.		

Utigitur in Magia dictum est, etiam esse sapientiam diuinam ex qua scientiæ veræ dependent, aliam illam mundanam, quam Apostolus vanitatem & stultitiam vocat: ita quidem de Cabalæ arte est dicendum, aliam videlicet esse à vera & cælitus emissa sapientia, aliam vero à fallaci & instabili inuentione hominum, fictam videlicet atque refictam: Nam & veræ illius sapientiæ donum est primæ Cabalæ speciei subiectum, quod vel immediate inspiratione hominibus est reuelata, vel eius mysterium Cabalisticum fidelis magistri doctrina detectum: Ita quidem secunda ab inuentione humana deriuata, est vana, incerta, inconstansque & iuxta inuentoris imaginationem ficta atque producta.

Et quamuis inuentor suæ inuentionis rationem sibi optime fortasse cognitam habuerit, & mysterii veritatem sub ea tanquam spiritum sub litera occultare atque abscondere tentauerit, tamen in hoc pessime egit, quod superstitiosis istiusmodi ceremoniis, hominem potius à veritate in quandam Theurgicæ speciem deduxit, quæ ut ad metam optatam eos dirigeret uti infra latius. Species Cabalæ veræ & essentialis *Cosmologica* in rebus naturalibus, tam cæli quam terræ versatur, & leges atque arcana factorum Bibliorum rationibus philosophicis enucleare & exponere solet: vnde liquet quod idem sit Cabalæ cosmologicæ atque magiæ naturalis subiectum, de qua verba satis ampla, in *precedenti magiæ nostræ discursu* fecimus. At vero illa Marcia de mysteriis, longe adhuc sublimioribus iis videlicet quæ ad naturam diuinam, atque angelorum conditionem spectant, atque etiam de characterum & elementorum formalium & igneorum seu lucidorum arcanis tractat, cuius membrum *Notariacæ* de angelorum virtutibus, nominibus, signaculis agit atque etiam Dæmonum & animarum conditiones detegit: ut & illud *Theomanticum* maiestatis diuinæ mysteria, emanationes varias, iuxta earum proprietates, sacraque Dei nomina scrutatur, quæ Cabalisticæ dicunt qui recte nouerunt, admirandis pollere virtutibus, ita ut quando velit futura omnia præsciat, toti naturæ imperet, in Dæmones ac angelos ius habeat & miracula faciat. Imo vero, mediante specie ista, existimatur Moyse signa illa edidisse, quæ in Exodo exprimuntur: subiectum autem integrum & vnicum est spiritus ille sapientiæ, qui (teste pagina sancta) est *omnium mirabilium operator*, assistente qua, Salomon fassus est se habuisse perfectionem, in hisce integris duabus Cabalæ veræ speciebus. Nam totam Cosmologiæ virtutem agnoscit in his verbis: *Sapientia mihi dedit eorum, quæ sunt scientiam, ab ipsa mihi data est cognitio certa constitutionis mundi & virium elementorum, & principii finis, medique temporum: Solstitiorum mutationis, ac temporum, seu tempestatum varietatum, Annicircuitus, & stellarum situs &c.* Quibus arguit se mediante sapientia vera scientiam habuisse mysteriorum naturalium cæli, & consequenter perfectissimum fuisse in cognitione partes cosmologicæ superioris: Tunc sic pergit. *Sapientia mihi data est naturas animantium cognoscere & iras bestiarum, & differentias plantarum, & facultates radicum, &c.* Quo concludit se habuisse certam naturæ tam inferiorum, videlicet terrestrium, quam superiorum cælestium, nempe, cognitionem. Quibus aperte videre liceat Salomonem in prima Cabalæ essentialis veræ specie scientiam perfectissimam Cosmologiam acquisiuisse.

Quod etiam in secunda eius specie optime esset versatus, imo vero in vtriusque Cabalæ membris agnoscere videtur in versu sequente, ubi ait Sapientia. *Mihi dedit Deus scientiam virium ventorum, & cogitationes hominum, & quæcunque sunt abscondita & improuisa didici, omnium enim artifex me docuit Sapientia.* Hæc ille, ubi per vim ventorum intelligit tam angelos quam ventos, vnde dictum est: *Qui facis angelos tuos ventos, &c.* idque facillimum est discernere quoniam de interno etiam ipsius hominis mysterio loquitur, videlicet de

eius

eius cogitatione, quam ne diabolo quidem capere aut intelligere datum est, utpote soli Deo detectam atque cognitam, mediante cuius Sapientia nihilominus datum est homini ipsam discernere. Denique ultima versus illius clausula indicat eum habuisse cognitionem non modo conditionis abstrusæ Angelorum, Dæmonum, & animarum, verum etiam & consiliorum & abditorum ipsius Dei, utpote cui mediante sapientia, tam quæcunque sunt occulta, quam quæ manifeste reuelata sunt. Sed & hoc alibi, sic confirmare videtur Salomon dicens: *Quæ in calis sunt quis inuestigabit & consilium Dei quis nouerit nisi Deus dederit sapientiam, & miserit Sanctum Spiritum suum è locis altissimis*: Denique ut Iacob ab Isaac, & Isaac ab Abrahamo, ita quidem Salomon à Davide erat edoctus in sapientiæ huius mysticæ acquisitione: quam ipse Salomon luculenter, idque quam exactissime esse emanationem quandam claritatis omnipotentis Dei synceram & splendorem lucis æternæ &c.

Hæc est igitur totius tam Magia, quam Cabalæ veræ subiectum solum & vnicum, videlicet sapientia, verbum, Christus, & solum nomen Iesus, nec est aliud nomen in calis nec in terra in quo salui sumus præter vnicum hoc nomen Iesus, in quo comprehenduntur omnia, est enim Christus Iesus omnia in omnibus. Sap. 9.

Sed iam ad spurium Cabalæ membrum perueniamus, quod videtur esse nihil præter figmentum aut falsum simulachrum ab ingeniis humanis profuis placitis inuentum: Hoc siquidem licet aliquid mysterii sub se continere queat, ab inuentore excogitati, tamen, ob scientiæ istius Iudaicæ vanitatem & superstitiosam conditionem, magis hominem à veritatis legibus aberrare facit, quam ut ipsum à tenebris quibus immergitur, extrahat aut liberet: imo vero, qui circa istud Cabalæ membrum serio fuerunt versati, id nihil aliud præter meram superstitionis rhapsodiam, ac quandam quasi magiam Theurgicam esse perceperunt: & quamuis Iudaicorum Cabalistarum nonnulli istam artem spuriam, à Deo esse deriuatam iactitent, ad vitæ humanæ perfectionem, hominum salutem, ad Dei cultum & ad scientiæ veritatem: tamen in se videtur esse ars valde incerta & super nulla firma fundamenta stabilita, ita ut istiusmodi inuentiones magis ad mysterii veri occultationem & quasi ablationem (vt dictum est,) quam aut ad eiusdem detectionem aut ad hominum beneficia tendere videatur. Verbi gratia, prima huius species, Gematria dicitur, quatenus fingitur esse quasi terrestrium characterum inuicem numeralis dimensio, atque etiam Arithmetica dicitur, utpote in numerorum supputatione consistens. Porro etiam in Geometrica sua dispositione transmutatio syllabarum facta est pro intentione artistæ. Similiter species eius secunda Notariaca dicta: operatur per significationem dictionis per vnicam solam literam, sine coagmentis syllabarum: Denique species ultima consistit in varia literarum commutatione, videlicet usurpando vnam literam loco alterius, iuxta occultam authoris intentionem: vnde & tritum est, illud Cabalistarum axioma, quod sit Cabalistæ officium, aliud legere, aliud intelligere, ita ut verus sapiens vix & ne vix quidem ad inuentoris vel reuolutoris intentionem pertingere queat.

At si verus Artifex literarum formalium lucidarum seu essentialiū naturam & proprietates varias iuxta variæ suæ in hyla apparitionis figuræ & effigiem comprehendere possit, tunc intelligit ipse, quænam (idque citra dubitationem, vltiorem) sint literæ illæ re vera sanctæ, quæ sunt ipsius verbi diuini seu sapientiæ sanctæ characteres, mediantibus quibus omnia sunt facta specie diuersa, in creatione. Quibus bene cognitis, utpote vnius identitatis in essentia, non erit difficile scire, cur sapientia sit emanatio lucis diuinæ, cur soli & stellis omnibus luce comparata præcellentior, cur omnia ex vnica petra spiritali sunt excisa, cur Christus Iesus dicatur omnia in omnibus: & infinitæ aliæ quæstiones, ex harum literarum ignearum & vere sanctarum

cognitione facillime resolui possunt, ab iis, qui illarum proprietates optime norunt.

Cur igitur tanta vehementia contemnit & condemnat Mersennus ille ambas Cabalæ species pro vno eiusdem membro? aut cur bonum simul cum malo, repudiare videtur? sed ipsum virum in hoc suo iudicio, ab illo in magia minime mutatum cernimus, quoniam non aliter totam Cabalam propter vnicum illius membri peccatum condemnat, quam magiam integram ob defectum figmenti puræ à pseudo artistis essentiæ, ipsius adiuncti. Sed videamus quid in Cabalæ & Cabalistarum contemptum loquitur iste author.

Ex Mersenni Col. 1696.

Profecto has imaginationes ad Cabalistas & huiusmodi nugiuendulos relego, &c.
Roberti Examen.

Vbi Cabalistas in genere pro nugiuendulis habere & æstimare videtur,
Ex Col. 202. Mersenni.

Quod vero septenarii influxum à puteo proficiscentem nugatur, ab istis nugiuendulis, ut arbitror accepit, qui Cabalista & Rabini vocantur, aduersos quos alibi pugnamus. Quid si per terrenum puteum ipsum totius bonitatis fontem intelligat Deum optimum maximum? At clarius illud explicare debuisset.

Ex 214. Mersenni.

Non Cabalistarum nugis & erroribus indigemus, ut scripturam sacram siue literaliter siue mystice intelligamus, quam potius obscurant & inficiunt, quam interpretantur. Fons ergo supra mundanus ad easdem nugas pertinet, ad quas multa alia quæ supra retulimus.

His ergo patet quod monachus iste Cabalæ mysteria, nullo excepto, nugas, & ipsos Cabalistas in genere nugiuendulos dicit minime considerans se ipsum esse nugiuendulorum omnium principem, imo vero egregium, qui minime verorum Cabalæorum sensum cōcipiens, veritatem cum figmenti suis inscienter contaminare videtur. Nam septenarium influxum à puteo proficiscentem nugatur (vt ipse vult) Venetus, ab illis nugiuendulis quos Cabalistas & Rabbinos vocat. Tunc sic pergit: *Quid si per terrenum puteum, ipsum totius veritatis fontem intelligat Deum optimum maximum? &c.* Hic ergo videtis virum istum exquisitū illud immaturo suo iudicio pro nugamento cōdemnare, q̃ ipse minime intelligere videtur, vt per quæstionē. Quid si &c. percipere fas est. At vt ad rem veniamus: Cur putas tu Mersenne quod per puteum terrenum Deus opt. max. intelligatur? Anne corporeum pro spiritali, aut terram pro cælo capere desideras? vel an dixit Iacobus patriarcha, quod lapis ille terreus, quem erexit in titulum esset Deus optimus maximus, vel domus Dei? An rupes ille materialis quem percussit Moyses erat Deus vel rupes spiritalis à materiali egrediens, mediante qua (teste Apostolo) *sustenti fuerunt Israelita in deserto*? Anne terra est Deus quæ est aperienda vt producat Saluatorem, vel Saluator producendus? Certe aquas viuas intelligimus, & rupem spiritualement & fontem vitæ, quem Christum, quem verbum, quem sapientiam, imo vero quem fontem illum supermundanum Cabalistarum cum Veneto quam rectissime appello, quamuis tu fontem supra mundanum ad Cabalistarum nugas pertinere credis, Poëta ille mysticus & parabolicus ait:

*Est lapis occultus & in imo fonte sepultus,
Spernitur à stultis, &c.*

Nonne etiam de lapide à pseudostructoribus reprobato loquitur Pagina sancta multis in locis? Sed verba ipsius Veneti paulo curiosiori aspectu inspiciamus, vt inde videamus vtrum Venetus vel potius Mersennus pro nugiuendulo sit habendus. Ex Problem: 156. *Et venerunt Bersabah, simul, patre scili-*

scilicet, & filius Isaac habitauerunt ibi. suscipientes de illo puteo septenarii influxus, quæcumque necessaria & quæcumque desiderabilia. Nam puteus ille à sapientib. dicitur h. col. id est totum. &c. Quem quidem Veneti sermonem si recte intellexisset Merfennus, non ipsum pro nugiuendulo, sed vice versa pro viro vere sapiente reputasset, quoniam ipse paucissimis mare magnum omnibus delitiis affluens explicauit: puteum (dico) profundissimum Col. omnia quæ in hoc mundo vniuerso imaginari possunt comprehendens: Christum dico, mundi saluatorem, omnia in omnibus, sine quo nulla est in mundo veritas: vitæ fontem, petram spirituales in qua est omnis affluentia & saturitas: De illo (inquit) puteo septenarii influxus &c.

At quid sibi vult septenarius putei influxus, ne verbum quidem facit, aut ad propositum facere potest, iste fidelis Veneti corrector. Vnde liquet quanta sit eius in vera Cabala scientia, qui rationem perfectionis numeri septenarii apud sapientes, ignorat, nam sapientes non solent ita numerare, ac Arithmetici vulgares, sed more subtiliori, verbi gratia, primo, secundo, & tercio die completa est mundi vniuersalis perfectio, & tamen cuiuslibet istarum trium vnitatum perfectio à verbi influxu, seu varia sapientiæ seu splendoris diuinæ emanatione (proprietate, & effectu ab inuicem discrepante quamuis essentia, vna & eadem) procedit. at 1. 2. & 3. constituunt 6. cui si vnititas altera addatur producet diem quartum in quo sol fuit creatus, at 1. additus 6. vel quatuor ad 3. numerus tandem septenarius, numerus dico post ternarium omnium perfectissimus elicitur, dies (inquam) solaris, dies sabbathi & requietis, quod est signum complementi totius operis in creatione, at istæ quatuor operationes totidem emanationibus seu influxibus sunt completæ, quarum 3. est indicium triplicis in essentia diuina proprietatis omnia informantis, atque animantis, & numerus 4. vtpote radicis 2. quadratum est numerus materialis spiritum mundi aquaticum informatum arguens, at 4. cum 3. iuncti constituunt integram totius mundi compositionem, in qua emanatio sancta cum spiritu mundano permiscetur iuxta illud Psalmistæ regii vestitur Lumine, quasi vestimento. Nonne & hoc videtur ipsa alibi affirmare dicens, quod verbo Domini firmati sunt celi & spiritu ab ore eius omnes virtutes eorum. Hinc ergo factus est, sapiens, ipsam sapientiam domum suam ædificasse super 7. columnas, ac si dixisset ipsam mansionem seu ecclesiam sibi conuenientem septem effluxibus seu emanationibus ædificasse: atque ita dictus spiritus hic diuinus posuisse tabernaculum suum in sole.

At Marinus replicabit, quid hoc ad puteum, septenarii influxus, cum tu de mundo, ego de puteo loquar. Cui ego. At mundus paruulus vbique est, cum spiritus ille incorruptibilis sit omne, & in omnibus, licet in vno loco magis quam in alio. Hinc Moyses dictus est demonstratione digiti Dei mundi fabricam accepisse depictam. Nonne etiam & hanc eandem sibi diuinitus reuelatam & typice descriptam agnouit Esdras? Et Salomonem in omnibus mysteriis de mundi creatione instructum fuisse, instrunte Sapientia, indicant scripturæ, vtpote cuius est nouos cælos & nouas terras struere: Nonne etiam de puteo lapideo & consequenter terreo sunt aquæ viuæ extrahendæ operatione sapientiæ ternæ in materiam quaternam, mediantibus quibus, assistente eadem sapientia noui cæli & noua terra creari possunt, omnia necessaria atq; ab homine desiderabilia secū afferentes? Si rupis illa Moyseica materialis quam percussit, rupem seu petram spirituales produxisset catholicam omni plenitudine & necessariis exuberantem, cur à terra Iacobi lapide, non sunt etiam aquæ viuæ extrahendæ, cum teste Patriarcha, illa erat domus Dei, habitaculumque sapientiæ quæ est fons vitæ, à quo solo & non ab alio, aquæ viuæ scaturire solent. Iehoua imperaret Moyse, vt virga sua percuteret scopulum siccum, quo aquæ exinde scaturirent. Et Christus ait querite, pulsate, & inuenietis.

At cui

At cur influxu septenarii numeri? Nonne dicunt Chymici veri, & longe à spuriorum conditione alienati, septena imbibitione, septena distillatione rem esse parandam & aperiendam ut lux è tenebris effulgeat? & Scripturæ dicunt neminem esse dignum, qui libri septem sigilla aperiat præter agnum qui est ipsa Sapiencia, & Cabalisticæ agnoscunt 7. seras palatii virtutis esse aperiendas priusquam ad gloriosam ipsius visionem perungere sit possibile, in antro obscuro & inaccessibili inhabitat ipsa, & in centro quasi Labirynthi illius Dedalii, ita ut absque peritissimi magistri instructione, industria artificis à spiritu cælitus emisso edocti, ab illo carcere in aspectum hominum produci nequeat, at nos admonemur lucem è tenebris educere unde merces laboranti & vincenti promissa est, manna videlicet absconditum, seu lapis albus in quo nomen inscribitur, quod nemo intelliget præter vincentem, seu arbor vitæ in paradiso situs, seu stella illa matutina &c.

Velim etiam ut monachus suos sensus recolligat, & consideret quid sibi volunt 7. Ecclesiæ, septem angeli, atque 7. Candelebra cum 7. Candelis. Quid? an nullius sunt valoris seu significationis? At Marino longe sapientiores primarium illum angelum, pro Sapiencia illa accipiunt, quæ est Alpha, & Omega, quæ tenens septuplum candelabrum in dextra arguit, per 7. in eo candelas 7. planetas & per illos 7. angelos, septem illas Intelligentias quæ dictos globos in cælo rutilantes gubernant, & ad voluntatem diuinam obeundam disponunt, indicare videntur: sed quid opus est hisce, si minime virtutes suas in inferiora, idque in numero septenario influunt? Anne aliquid fecit natura infinita frustra? At respondebit, stellas à Deo esse solummodo ordinatas ut lucem darent terræ. Verum cur tot & tam immensa stellarum multitudo quæ parum & fere nihil luminis dant nocturno tempore ordinari creator ac si sol pro die, ut & luna pro nocte minime sufficerent ad inferiora illa gubernanda?

Sed ut propius adhuc accedam, cur stellis cæli octauis, seu firmamenti assignata est influentias deorsum impluendi facultas, & non solummodo planetis, seu stellis erraticis, cum sunt terræ & elementis ipsis propinquiore? At stellis fixis, quas Pleiades vocant, influentias ascripsit ipse Iehoua in his verbis. *An constringes delicias gratas seu influentias Pleiadum? denique replicauerit ipse fortasse quod verba paginæ sanctæ sunt expressa de puteo vero & realiter terræ atque aquis puteo vulgari communibus, atque hinc concludit, quod pro nugis, & figmentis cabalisticis sunt habenda, istiusmodi verba parabolica Veneti: Huic ego, sed & ab ipso Merfeno accepi scripturas, non modo historicam, sed etiam mysticam habere significationem, nam textus historicus quandoque est non alter typus & figura mysterii diuini, quam vagina est mago ensis, aut corpus icon animæ, aut litera simulachrum spiritus (uti D. Pauli verbis utar.)*

Quare liceat mihi magis adhuc in illo Veneti sermone mystico progredi. *Pater (inquit) & filius habitauerunt ibi.* sub quo etiam sermone duas personas in Trinitate vnius essentia, more ideali intimare videtur: nam & sic dictum est etiam à Patriarcha, *quam terribilis est iste locus, non est hic nisi domus Dei & porta cali? unde surgens tulit lapidem & ipsum erigens in titulum, vocauit illum domum Dei.* Simili plane ratione dixit Venetus, *Pater simul & filius habitauerunt ibi.* Et ubi? Apud Bersabah, hoc est puteum iuramenti, & puteum Septenarii influxus omnibus necessariis atque desiderabilibus ditissimum: lapidem (dico) illum Iacobeum siccum, & tamen aquis viuis repletissimum, & Dei viuentis domum: in quo quidem mysterio tota sit Magorum, Cabalistarum, & sapientum Chymicorum intentio, sed quoniam de Cabala hoc in loco agimus, mysterium eorum circa hoc subiectum versarorum explicabo: videlicet circa lapidem, Dei domum, seu puteum omni bonitate, hoc est diuinita-

uinitate & sapientia affluente, hoc est, patre ac filio apud Bersabah seu puteum iuramenti habitantibus, ut inde discernant lectores, an Venetus sit Cabalista nugiuendus, iuxta Mersenni sententiam.

At vero hoc vnico lapide, quasi iaculo ex armamentario Cabalistarum desumpto & in funda bene directâ disposito, Goliam istum veritatis hostium deflorem iam nunc aggrediar, videlicet hoc vnico vocabulo Hebraico אבן. **Aben**, quod sonat lapidem, tutissimum aduersus eum instrumentum Bellicum, utpote virtute sapientiæ plenissimum: Habemus in hoc enim vnico אבן. in hoc (inquam) lapide Cabalistico, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum: quod etiam ex ipsius cortice seu literis non est difficile indicare, cum lingua Hebraica אב. Ab, denotet patrem, & בן. Ben filium. At vero ubi pater & filius adsunt, spiritus quidem sanctus abesse nequit.

Quibus iuxta omnium Cabalistarum consensum, obseruamus quod tres reperiuntur in hoc vnico Aben personæ, ~~nam~~ quidem externo solummodo intuitu sed etiam interno, & mystico quodam respectu, qui non in litera seu cortice, sed in vero spiritu & nucleo consistit atque versatur.

*Reuchl. de
verbo miri-
fico.*

At vero Monachus iste verbis fortasse huiusmodi replicabit, dicendo. *Quis* (obsecro) est iste tantæ admirationis lapis, tuum (inquam) Aben quid? aut vnde tanta eius virtus, ut ipse & nihil aliud ad tam parui quam magni mundi consistentiam & sustentationem requiratur? Nonne magnum conscripsi ego volumen, imo vero in ipsum Genesis mysterium commentarim atque etiam de eiusdem subiecto quæstiones celeberrimas exposui? Anne possibile est quod virtantæ doctrinæ & lectionis, qualis ego sum, tam insigniter errare queat? Proh Deum atque hominum fidem, quam inane & minimi (ut mihi videtur) momenti est istud Aben, aut quam exiguum, cum illud menti meæ omnium capaci, minime subiiciatur? Aut ergo nihil prorsus est, aut saltem res tam vilis, & ignobilis ut intellectui tam exaltato, qualis est ille meus, haud quaquam apparere possit. Ego vero inani & friuolæ istiusmodi gloriosi & iactabundi opinionis sic confidenter respondeo. Quod licet re vera, aquila non capiat musces, & rebus exiguis non vacet adesse Ioui, tamen pace Mersenni paruus ehencis, solet puppes ingentes sistere.

Parietiam ratione, non dubitandum est, quin Aben hic noster, quum omnia potest, maiora, quam Gigantea Mersenni imaginatio, (philautiæ inceptæ alis innitens) præstare queat, de qua intendunt istiusmodi Apostoli verba. *Sapientum cogitationes Dominus nouit, quoniam vana sunt.* Atque alibi. *Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret &c.* Quo sermone videtur Apostolus intimare, quod quæ mundanis videntur stulta, infirma, ignobilia, contemptibilia, exigua, imo vero & minime existentia, ipsi Deo sunt magis essentialia, & fortiora. Quod etiam alibi istiusmodi sermonis filo videtur confirmare, *Sapientia huius mundi est stultitia apud Deum.* Et de huiusmodi sapientia intelligit S. Iacobus, loco sæpius repetito dicens, *quod Sapientia contradicens veritati non est de sursum descendens à patre Luminum, sed terrena, animalis, diabolica.* At vero sapientia Dei, est illa quam sancti loquuntur in mysterio, *quæ abscondita est, & non nisi electis reuelata*, ut testatur D. Paulus. Quare non est mirum si Mersennus in sua sapientia fallatur, & consequenter, stulta infirma, contemptibilia & non existentia credat, quæ re vera sunt & præter ipsa nihil, cum reliqua sunt falsa simulachra quæ videntur & non sunt.

1. Cor. 3.

1. Cor. 1.

1. Cor. 3.

1. Cor. 1.

Ad nostrum ergo Aben, vnicum sapientiæ domum gradu moderato properabimus, quo melius ipsum lapidem, non modo Macrocosmi & cuiuslibet illius membri, verum etiam ipsius Microcosmi aperte arguamus ut exinde quemlibet in genere hominem tam Cephas & Aben, quam particulatiter ipsum S. Petrum veraciter idque haud iniuria nuncupari posse ostendamus. Et primum ad Aben seu Lapidem Macrocosmi fundamentalem accedemus.

Inquit Patriarcha Iacob : *Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei & porta celi, & surgens tulit lapidem, quem supposuerat capiti, & erexit in titulum fundens oleum de super & dixit, lapis iste quem erexi vocabitur Domus Dei, Si domus Dei, tunc Deus est in illo loco seu substantia illa terra.*

Hinc erat quod Patriarcha super hunc lapidem dormiens concepit diuina & admirabilia virtute petreæ illius spiritualis qui se habebat ad lapidem illum corporeum, ut anima ad corpus, at vero petra spiritualis erat Christus, Christus autem sapientia æterna, in qua, teste sacra pagina, mansiones sunt multæ, quæ omnes procul dubio ob diuersos beatitudinis & felicitatis gradus sic distinguuntur. At vero scientiam siue intelligentiam sequitur beatitudo, nam quò maiora & plura scimus, eo propius ad Deum accedimus.

Quibus concludere fas est, quod cum ipsa beatitudo sequatur scientiam, omnis vera scientia sit à Deo seu sapientiæ domo, cuius est solius (ut dictum est) docere omnia. Hinc ergo felicitatis & scientiæ Iacobi origo, hinc fausta ipsius cum Iehoua societas.

At inquit quis, sapientia seu Christus dicitur implere omnia & ubique adesse, quare si lapis sit domus eius, tunc omne quod est, lapis est. Cui dicimus lapidem spiritualem Catholicum esse & pro placito suo terrenum inducere vestimentum, quare tam cæli quam terra istius lucis diuinæ dotibus exuberant, cæli enim sedes ipsius, terra autem scabellum pedum, & teste Sapiente, *Sapientia implet orbem terrarum.*

Nec quidem incongrue petra dicitur spiritualis & lapis Catholicus atque angularis, quatenus ista sola lux est cuiuslibet rei, tam cælestis, quam terrestris essentia & basis siue fundamentum super quod ipsa in vniuerso mundo stabilitur, nam in rebus cælestibus soli, pulcherrimæ, creaturæ, lapis est angularis, mediante quo, stabilitur in sua sphaera, atque ab ortu ad occasum videtur properare, & ab eius centro vnde quaque in cosmum peripherice respicere animaduertitur.

Sic enim dictus est iste lapis spiritualis, hic Christus omnia implens, *hac sapientia, seu splendor claritatis diuina æterna tabernaculum posuisse in sole, & alibi dictus est Sol gloria Domini plenus.* Similiter de stellis in genere, scriptum est *quod fundata sint in verbo Domini.* Ac si dixisset quod lapis earum fundamentalis mediante quo consistunt & sustententur, sit verbum quod erat lux mundi superessentialis, seu sapientia sancta, sine cuius sustentaculo nihil consistere aut sustentari potest.

Pf. 19.
Ecc. 24.
4 Esd. 16.

Job. 16.

Porro etiam terra suum habet lapidem spiritualem, verbum scilicet diuinum assistentia cuius suspenditur super inane, & nihilum, ac multifaria sua proprietate adornatur, vnde & alibi. *Quis iecit lapidem terræ angularem?* Nonne etiam dictum est, quod cæli essent prius & terra de aqua, & per aquam assistente verbo? hoc est positione & adaptatione lapidis istius angularis: Si ergo, & cælum, & terra, sequitur quod omnia alia, quæ ex his sunt in virtute sustentationis, & in fortitudine adaptionis istiusmodi lapidis angularis

laris consistunt atque statuminantur, quare haud inconsulte dictum est à Sapiente, quod *spiritus Dei incorruptibilis sit in omni re*, utpote in quo sit vita, atque essentia cuiuslibet rei. Porro etiam *hoc lapide angulari aptat Deus pondus aeri, & appendit aquas in mensura, & facit pluuiam statuta, & viam fulgetro tonitruum, denique mirabilia sunt opera Dei, quoniam omnia fecit in Sapientia.* Sap. 12.
Iob. 28.
Ps. 103.

Ex his ergo euidenter liquet, quis sit Aben hic Macrocosmicus tã exter-
nus quam internus, & quod eius spiritus igneus seu centralis, sit lapis seu pe-
tra Catholica atque vniuersalis, utpote cuius præsentia, quasi lapide angula-
ri, sustentatur atque statumatur res quælibet creata, at vero in re vnica ma-
gis quam in alia versatur, iuxta omnium Theosophantium doctrinam, nam
spiritus hic Deiformis omnia firmans, & consequenter rerum omnium ba-
sis & lapis angularis, in corpore tanquam sua domo inhabitans dat etiam suo
tabernaculo nomen lapidis corporei, utpote lapide spiritali animato: nam-
que ut cælum est spirituale quid, ita vas apte ad illum recipiendum atque
comprehendendum est ipsa terra ex qua concreta est omnis petra, imo vero
ipsa in petrosa natura se habet.

Hic iam, aut ridet Mersennus, aut obmutescit, aut plane si rem recte
consideret, obstupescit potius, idque vnicam ob hanc causam, quod ignorat
illum Patriarchæ Aben, fortissimum illud meum iaculum ex Cabalistarum
ipharetra depromptum.

Ego tamen non minus audacter quam confidenter dicam, materiam
petræ illius mysticæ à Moyse descriptæ, esse terram purissimam, spirituales
factam, ab omni fece & heterogeneitate, diuina ope, in diuinam substan-
tiam redactam. Nonne corpus Christi à statu terreo & mortali in corpus cæ-
leste & immortale virtute & assistentia spiritus sapientiæ fortissimæ & san-
ctissimæ est redactum? à statu (inquam) corporeo, humanis communi, ad
statum spirituales & diuinum Deo proprium?

Hinc ergo quam rectissime Apostolus, *Omnes eandem escam spirituales
manducauerunt & omnes eundem potum spirituales biberunt: biberunt autem de
spiritali consequente eos petra, Petra autem erat Christus*: Nihil ergo absurdi inde
oriri potest, cum corpus Christi vel verbi incarnati templum, ex ipsa terra
increata factum esse dixerim, iuxta illud Iobi: *Homo inhabitat domum argil-
laceam seu luteam &c.* Sed de hoc lapide microcosmico in clausula huius se-
cunda.

Non ergo magis absurdum erit hoc affirmare, quam quod ille lapis
Iacobi, Aben dictus, esset prius ex terra & grossa substantia, qui postea à
terrea & grossa sua natura in essentiam spirituales, assistente & operante
verbo, seu lapide angulari, seu sapientia in eo inhabitante, reduci non erat
impossibile, utpote cuius est domus, non aliter quam membra humana tem-
plum. Vnde tam Aben Macrocosmicus, quam Cephias microcosmicus (de
quo infra) à ciuitatis terrestres natura, in illam illius cælestis, ope & a-
ctu diuino, in istiusmodi templis luteis inhabitanti, transmutari pos-
sunt iuxta illud Euangelistæ: *Si fuero exaltatus à terra, omnia traham ad me i-
psam.*

Quare in hanc sententiam recidit propheta. *Si terra aperiatur, pariet Salua-
torem*: Concludo ergo quod hic Patriarchæ Aben seu lapis esset domus
petræ illius spiritualis, qui factus est in caput anguli, lapis (dico) ille summus,
angularis, probatus, electus, & preciosus qui positus est in Sion, verum fundamen-
tum, super quod Propheta & Apostoli edificauerunt, at omnibus inscientibus & male
edificantibus lapis offensionis & scandali, & lapis iste est Christus, qui factus est in
caput anguli: Christus dico sola rerum omnium veritas, omnia implens, at-
que in

Eph. 2.
Isai. 15. 1.
1. Cor. 11.
2. Cor. 13.

que in omnibus plenitudo, ecclesia caput, & omnium dominationum princeps, & consequenter, lapis Patriarchæ, cum sit domus spiritus tam Catholici, reuera, & solummodo pro ecclesia catholica habenda.

At vero, ut ad membrum perueniamus secundum, lapidem videlicet seu petram Microcosmicam, dicimus quod ut à Iob corpus humanum nuncupatur, pulvis, terra, & fabrica, ex argilla quasi confecta atque ad instar casei in duritiem concreta, ita quidem & templum Dei petrosolum dici potest ipse homo externus, utpote in quo Spiritus sanctus sedem suam ab initio sibi vendicauit.

Non enim soli Simoni conuenit nomen ~~seu~~ *Cephas*, quasi Petrus à petra, (nam & Cephas significat petram,) sed etiam nobis & omni credenti pariter cum Petro conuenit hoc nomen Cephas, uti paucissimis comprobare, & luculenter demonstrare aggrediemur, & consequenter quod tam Aben Patriarchæ Macrocosmicus, quam Cephas Microcosmicus (licet non forma seu figura exteriori, tamen essentia materiaque inter se conueniant & consequenter ego minime in istiusmodi hac mea assertione erravi, videlicet quod domus Dei sit semper vna & eadem. Hæc ergo est ratio, quod ambæ Petræ, videlicet tam macro quam microcosmica, admirabili inter se vnionis sympathia coniungantur.

Hinc ergo erat quod ut Patriarcha considerans naturam lapidis sui dixit, *vere Deus est in loco isto, & ego nesciebam*, Sic etiam verbum & Christum petræ animali inesse testantur literæ sanctæ. Iterum, Iacob super lapidem suum concepit diuina & admirabilia: In homine etiam seu Cephas, (qui est non solum verus Microcosmus, sed etiam imago Dei viuientis,) multa maiora concipiuntur, & in effectum miraculose producuntur, uti etiam à pagina sancta istud habetis confirmatum: Quare dicimus eos inaniter circa Aben aut Cephas versari, qui quid sit eius internum, ignorant.

Nec quidem putamus Merfennum tam fore promptum in aliorum iudicium ire, si se ipsum recte cognouisset, hoc (inquam) ab ipso bene percepto, non se tam festinanter in aliorum operum correctione præcipitasset, cum etiam opera sua, vndique erroribus scatere obseruentur. Nam si ipse se ipsum recte cognouisset, se ipsum cum Petro atque etiam cæteris credentibus, quam exactissime Cephas seu lapidem vocari perciperet.

Et quamuis hoc prima fronte durum ipsi & nonnullis aliis apparebit, videlicet quod ipse cum Petro sit dicendus Cephas, tamen si rem intuitu paulo accuratiori introspiciant, ipsi percipient quidem rem esse clarissimam: Imprimis ergo qui hoc denegaret, se ipsum declararet factæ scripturæ rebellem.

Nam ad Moyſis Petram spiritualem siue viuentem, de qua ait Apostolus, *Petra fuit Christus* admonemur sancto Petro ut tanquam lapides viui accedamus, & propheta ait *Attendite ad Petram, respicite ad petram, ex qua excisus estis*. Quod præceptum frustra daretur: si petra illa non esset adhuc nobiscum, & nos ex illa. Et Apostolus ait, quod *Christus sit vnum corpus habens multa membra*, Et alibi docet. *Quod ut caput Christi sit Deus*, ita in alio loco dicit. *Christum esse caput omnis viri*. Quare (inquit) alibi *Christus qui in me loquitur, in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis*.

At petra spiritualis est Christus omnia implens, ergo nos sumus petræ spiritualis membra & consequenter lapides viui, à petra illa Catholica excisi. Quare non Petro soli, sed omni viro Christiano competit hoc nomen Cephas.

Et si.

Et si Monachus hic noster hoc negauerit à sacra scriptura apostasiā faciet: & cōtra, si ipse hoc iuxta Bibliorū sacrōrū leges statuerit, tunc exinde pro concessō habebimus, quod non solum Petrum Cephas indiuiduum alloquebatur Christus in istiusmodi sermonis filo, super hanc petram ædificabo ecclesiam, verū etiā omnes pariter Christianos, secundū illud, q̄ dixi vobis, dixi omnibus. At si omnes Christus est alloquutus, supra petram etiam omnium Christianorum fundauit suam ecclesiam, vnde dicitur catholica, & consequenter non supra indiuiduum Cephas seu lapidem Petrum Apostolum, & ita liquet, quod quocumque se vertat Mersennus, incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim. Atque huius rei ratio vnica est, quod hoc vnicum Patriarchæ Aben, seu Cephas centraliter ignoret. Nam ignorato eo necesse est, vt verba etiam prædicta Saluatoris ignorantī delitescant, videlicet, Super hanc petram ædificabo ecclesiam.

Sed nonnulli fortasse replicabunt, & dicent, 'quod dies illi fuerint, sed iam non sunt, quæ autem à te sunt relata temporibus Patriarcharum Prophetarū & apostolorum eueniebant, vnde tum postea per fidem credimus & secundum statuta & dicta ecclesiæ Romanæ gubernamur: concludentes quod hodierno die minime sit inuenienda huiusmodi terra istiusmodi Aben seu Lapis.

Cui replicabo, quod istiusmodi in hac re diffidentia ideo talibus accidere videtur, quoniam verum hunc Aben minime intellexerunt.

Namque talem esse terram talemque in hunc diem petram nos docet antiquum illud ecclesiæ axioma: quodecunque Deus assumpsit, illud nunquam dimisit.

Sed & hoc forsitan concedat Mersennus, Interim negans eam tali modo existere: vt cum Moyse possis ab hominibus tangi & possideri: sed fallitur ipse in ista sua imaginatione & toto cælo aberrare videtur, cum multos reperimus in sacra pagina locos huic opinioni repugnantes.

Nam imprimis nos docet Apostolus omnes Christianos veros esse Israelitas, quare & nos istius sæculi alloquuntur Moyse, & Prophetæ sicut & filios Israel temporibus antiquis, vt patet ex parabola Diuitis & Lazari in 1. Cor. 3. 16. vsum nostrum edita: vbi legimus, *habent Moysen & Prophetas &c.*

Cum ergo Moyse & prophetæ in hunc vsque diem nos alloquantur, audiamus quid propheta Isaias dicit: *Attendite ait respicite ad Petram ex qua excisi estis*: Frustra daretur hoc præceptum, si petra illa non esset adhuc nobiscum, & nos ex illa.

Sed & hoc, ab hac permanente Dei viui promissione, pluribus Bibliorum sanctorum locis in istiusmodi verborum serie facta, confirmatum habemus.

Nam imprimis dixit Iehoua: *Ponam tabernaculum meum in medio vestrum & non abiiciet vos anima mea.* Et alibi. *Dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum, & erit tabernaculum meum in eis & ero iis Deus.* Sed & idem luculenter, licet breuiter, sic ab Apostolo describitur. *Vos estis templum Dei sicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Et alibi. *Templum Dei estis vos & spiritus Dei habitat in vobis &c.*

Leuit. 26.

11.

Eph. 2. 27.

2. Cor. 6. 16.

Luc. 17. 21.

Sed hoc, ne ipsa quidem ratio humana negare potest, si secum recte cogitet Christum. Iesum esse in regno patris, adeoque vt vbi cumque est regnum Dei necessario sequitur ibi esse Christum. At vero teste sacra scriptura: *Regnum Dei est intra vos.* An ergo adeo indigni, imo impii erimus; si Christum excludere conaremur? Hinc ergo admonemur à Christo,

ut patrem in hunc modum inuocemus. *Adueniat regnum tuum sicut in caelis sic etiam in terris &c.* Hoc est ut tuum regnum est in caelo, seu parte nostra spirituali, sic etiam adueniat in parte nostra terrea & corporea, ut anima cum corpore tuo glutine sancto sit unita, ambo simul, voluntatem patris atque exequi queat. Quare qui Christum & Dei regnum nesciunt esse intra se, repellunt potius (utpote perfidi & increduli) proprias suas petitiones ab auribus Dei, quam ut ullum ad eas aditum procurare possint. Christum ergo petram spiritualementem, & viam nobis inhabitare imprimis est credendum, & quod ob illam rationem nos esse omnes unius Christi membra multa, est concludendum iuxta Apostoli sententiam, utpote *a qua petra excisus sumus* iuxta prophetarum doctrinam, ad quam Petram viam, iuxta S. Petri documenta, nostrum est tanquam lapides viui accedere, vel cum illo prophetare respicere & attendere, nos Christianos cuiuscumque sectae summo opere conuenit, ne cum impiis Iudaeis Barabbam, hoc est confusionis filium liberemus & Christum tenebroso carceris vinculis de nouo remittamus, hoc est lucem & intellectus nostri radios ignorantiae tenebris submergamus & nouae quasi cruci subiiciamus.

Quod denique haec petra sit tractanda, videnda, imo vero & audienda fatetur S. Ioannes in his verbis. *Quod fuit ab initio, quod audiuiimus, quod vidimus oculis nostris & manus nostrae contrectauerunt de verbo vita &c.*

Quibus non intelligit Christum hominem mortalem quatenus non erat ille ab initio, sed de verbo, quod erat ab initio de Christo (inquam) qui (teste Apostolo) dicitur *omnia implere & ubique adesse*, idque ab origine mundi de spirituali illa petra de qua gustauerunt Israelitae in deserto, & reales Catholici in sacramento.

Denique quod Christus hic catholicus sit petra vestitus ad mundi consumptionem usque, durissimum erit negare.

Sed quia hoc magis ad sacramentum pertinet, quam ut in publicum prodeat, calami nostri aciem obtundemus, alasque ipsius tendemus ne nimis altum volitando aliquid profano vulgo incocti euomat.

Ex his praemissis (Christianissimi Lectores) istiusmodi surgunt Conclusiones.

1. **Q**uod omnes Christiani, Lapides viui dici possunt, unde & vnus quisque pariter cum D. Petro Cephas nuncupatur.
2. Cum omnes ergo Christiani sint lapides, utpote membra a petra Catholica excisa, sequitur quod quicumque super vnico homine, vel Cepha indiuiduo, siue sit Petrus vel petra, statuit Ecclesiae fundamentum, is non est Catholicus dicendus, sed particularis ac per consequens sectarius & minime religionis Catholicae alumnus.
3. Sicut Christus absconditus a Moyse latitabat in sua petra more rei spiritualis in corporali, ita abscondit Moyse petram in suis scriptis, atque ob hanc causam dictus est sub velamine scripsisse. Hinc *litera*, ait Apostolus *interficat, spiritus viuificat.*
4. Sicut Apostolus dupliciter animaduertitur in scriptis sacris docere videlicet vel speculando, vel agendo seu practicando, ita haec verba, *Petra fuit Christus*, cum speculatiue, tum practice nobis veniunt consideranda.
5. Quod sacra Scriptura ad hanc ipsam petram carne inuolutam, nobis

nobis viam aperit, & monstrat ad hanc ipsam petram, incarnatam inueniendam.

6. Quod vanæ sunt ergo omnes traditiones, vana etiam & usurpata pro Ecclesiæ Dei vniuersalis fundamento particularis cuiusdam Cephas electio.

7. Cum Deus pollicetur collocare tabernaculum suum inter mortales, relinquenda sunt figmentâ hominum & totis viribus recurrendum ad instrumentum spirituale Aben inuestigandum. *Attendite, (ait propheta) respicite ad petram ex qua excisisti.*

Concludimus igitur quod cum secundum doctrinam Apostolicam instrumenta nostræ mentis bellica debent fieri spiritualia, ideo instrumentum hoc vnicum spirituale Aben, haud inconsulte in Mersennum, veritatis hostem instruxi: quem Aben, si ille ignoret, vel saltem superficialiter tantum & ad corticem intelligat, quomodo (obtestor) reliqua Cabalistarum dogmata tam exacte percipiet, ut ea pro voluntate sua tam facile refuter, corrigat, damnet & pro nihilo reiiciat, uti textibus ipsius antea allegatis videre liceat.

Ob tantam ergo ipsius erga Venetum & cæteros Cabalistas, Dignitatem iaculum hoc Cabalisticum vnicum (sed instar omnium) Aben videlicet, in ipsum direxi, quem Aben, qui non secundum Cabalistarum fidelium mentem intelligunt, moneo eos, ut sibi caueant atque impofterum respiciant, nam talis est huius lapidis conditio, ut supra quem, eius ignarum cadet, conterat eum: De cuiusmodi ignaris loqui videtur Propheta Regius. *Quis es tu qui ausus es capere verbum meum in ore tuo &c.*

Ad te autem (O Mersenne) non est (vti opinor) ut verba de hac re vltiora effundam, quoniam in Cabala secundi ordinis, in ea scilicet spuria solummodo, & haudquaquam in vera te versatum obseruavi.

Quare attendas velim, quid Reuchlinus de ista tua Cabala, atq; etiam tanto & tali sophistico Cabalista qualis tu es, loquatur. *Sophista (inquit) derisioni digni propria temeritate vel si malueris negligentia defendi falso asseuerant Cabalistas esse hominem diabolicum, & hereticum, unde Cabalistas hereticos esse omnes. Abstine te omnes (si potestis) a risu, quanquam est ridiculum ingens: at desinite velim hæc hominum monstra, & portentia ridere, nam Cabala vera, nec sensuum rudi tactu, nec imperitioris logici artificii argumentis est querenda. Hæc ille: ac si vnico verbo dixisset: neminem esse scientiæ inimicum præter ignorantem. Qui enim ignorat hunc nostrum Aben (vtcumque scientia mundi vana diues videatur) is quidem re vera ignorat omnia, utpote quia Aben est vnum & omnia, atque omnia in omnibus, à quo docemur omnia, ut sacre scripturæ testantur.*

LIBER

LIBER TERTIVS.

In quo

ALCHYMIÆ VERÆ
ESSENTIA, ET LAVDES INVITIS
MOMI CALVMNIIS ASSERVNTVR.

Sufficienti admiratione rapi non possum, quod tanta hominibus demētia irrepserit, vt iis artibus se vehemētia inaudita miscere gestiant, in quibus ne minimam quidem sementem fecerint vnquam, aut rudimenta quarum genuina haud didicerint, sed

— *Quid non mortalia pectora cogit
Auri sacra fames.*

Magis (inquam) auaritiæ stimulis quam aliqua ad tam profundum diuinitatis mysterium deuotione, incitatur & exagitur, pars hominum maior, haud considerans, quod ipsi Philosophi, in hac arte essentiali optime versati, quo rem magis à stultis & vulgo profano absconderent, tam secreti & cauti fuerunt, in suis scriptis, vt aliud scribere, aliud sincere intelligere solerent, quo artem scientibus, (quos artis filios vocarunt (ita significarent, vt indigni, & gloriosi in mundo Thraſones de fonte eorum Heliconio, a quis viuis affluente, minime cum dignis degustarent, aut nectare diuina inebriarentur: Atque hinc erat, quod ipsi in suis libris sunt falsi, vt vbi magis aperte sint loquuti, ibi artem istam suam magis occultauerint.


Quare ergo in omnibus eorum operibus, non nisi paucas rosas tam albas quam rubeas, sed infinitis spinis & carduis intermixtas atque obumbratas mundo exposuerunt indigno, quippe ingrato, tot (inquam) receptibus vanis scientiam suam practicam impleuerunt, vt nihil videantur præter putamendacia loco veritatis, ei inseruisse.

Cum tamen nihilominus veritas sub ficto illo cortice, seu verborum serie sit inuenienda, atque à sapientibus oculis apertis percipienda: Hinc ergo orta est Chymia illa notha cum spuris suis filiis, qui aurum & diuitias inhiantes seipsos in scientiæ istius diuinæ Labyrintho perdunt, & in istiusmodi operibus non modo labores suos vane consumentes, sed etiam fortunas, atque possessiones aliorum dilapidant, nam alios auidos aureo eodem hamo capere & tentare solent, quo fortunas suas amissas refocillent, vel præsentem eorum languidum statum adiuuent, idque variis sacramentis, iuramentis & promissionibus indubitatis eos inducendo, summa ope nituntur. Atque vt ab auaritia in paupertatem sunt dilapsi, ita quidem hæc eorum paupertas, loco transmutationis metalli vilis in perfectum, ipsos artifices à viris bonis in nebulones & deceptores dolosos, & non præceptores pios transformat: Alii amissa in Alchymia fiducia, experimēta sua Antimonialia, mercurialia, vitriolata, sulphurea, martialia & huiusmodi alia in medicinæ vsum (fortunis suis amissis) conuertentes vitam mendicando acquirere coguntur: Alii, misere languentes, totam ipsorum ætatem, & vitam in istiusmodi triuali & adulterina Alchymia consumentes, ab omnibus suis amicis tandem sunt derelicti, ac in hospitalibus vitæ residuum conterere obseruantur.

Hinc ergo tot ortæ sunt contra artem istam sanctam exclamationes, totque diffamationes, castam eius virginitatem commaculantes, eam pro falsissi-

faliffima, & peste aut angue peiori & venenofiori ſcientia decantantes, cum reuera non ars, ſed artifex inprimis eſt culpandus. Ars enim veriſſima, qua non eſt præſtantior vlla. Sed ipſi pseudo-artifices, propria ſua ſtultitia tanquam flagellis debitis merito ſunt puniendi, qui neq; naturam, neq; naturæ intentionem intelligentes ſe tamen nihilominus in profundiffimum Philoſophorum mare (inſipientium inſtar) præcipites, omni ratione ſepoſita, dare geſtiunt.

Alchemiam ergo in genere, non aliter methodi melioris gratia in ſuas partes ſeu membra eſſe diſtinguendam, quā Magiā & Cabalam exiſtimamus.



Ad Alchemiam autē veram, quod attinet affirmo authoritate omnium Philoſophorum Chymicorum, quod ipſa ſit ſcientia ad formas latentes, ſecundum rei veritatem & non ocularem apparentiam inueſtigandas, atq; inquirendas, ordinata. Ab hac ergo definitione excluduntur ſpurij illi Chymiſtæ, qui in vanis tincturis, tam ad rubrum quam album verſantur, quæ ignis examen minime ſuſtinere poſſunt, cum non niſi vnica ſit, in vniuerſo mundo tinctura viuifica ſeu ſpecifica à mundi origine creata, & creaturis, diuina bonitate, impertita, mediante qua, quælibet in orbe vniuerſo res ſuum habet & nomen & eſſe, atq; hæc eſt illa virtus & veritas circa creaturæ medullium verſata, ſine qua nihil in mundo viuere, imo vero ne momento quidem temporis exiſtere poteſt, utpote præterquam nihil in rerum natura veritas eſt dictitandum, ſed pro ſimulachro falſo reputandum.

Quare Merſenni contra Chymiæ artem & Chymicos in genere vehementiam & violentiam tam immaturam, haud ſatis mirari poſſum, qui totam artem pro peſſimo eiufdem membro, à ſpuria hominum inuentione futiliter producto, refutare, parui pendere & funditus tollere nititur: minime intelligendo diuinæ mentis radium, & ipſius Sapientię veræ, ſeu diuinæ, & non humanæ, digitum ſeu ſcintillam, huius artis ſubiecto ineſſe, tamen ſi vmbroſis hominum Sapientum figmentis, ænigmatibus, & gryphis obſcuretur illa, ne tam à ſtultis, & rudibus, quam à vere doctis, atq; Sapientibus comprehendatur, quod quidem ni feciſſent, nulla foret inter ſtultum, atq; Sapientem diſcrepan- tia. Sed videamus, quid Monachus hic opinione refractaria ductus, arti huic ſacræ obſistere poſſit.

DD

Ex

Ex Col. 653. Mersenni.

Aduerte autem Paracelsum prædictum resurrectionis terminis & miraculosis ita loquar, verbis usum fuisse, ut Alchymia opera & arcana occultaret: id enim huiusmodi hominibus frequentissimum est, ut iisdem verbis in suis arcanis inter se referendis utantur, quæ in rebus sacris, atq; diuinis mysteriis usurpare solentus &c. Chymici vero grauissimo supplicio affici debent, qui mysteriorum diuinorum verbis utuntur, imo abutuntur, ut illa Chymia artificia, vel alia quadam arcana (licet sæpius arcana non sunt, sed omnibus peruia) illa, inquam, suo saltem iudicio occultant: Etenim cui bono illa verba portentosa? si nollent arcana: cserare, cur de eo quidpiam scribant &c. Nunquid ut mysteria diuina ridicula, atq; fabulosa, vel saltem allegorico sensu intelligenda paulatim insinuent, atq; persuadeant? Vanebulonibus istis, quorum collo viuinam mola suspenderetur, & in Oceano profundo mergerentur, ne tantarum impietatum proseminatores plurimos homines ab antiqua Ecclesia fide atq; sanctitate reuocarent: Quid obsecro magis impium esse potest, quam ut omnia mysteria incarnationis verba Chymicis operibus explanandis inseruiant, & tanta sacramenta ad res profanas transferantur.

2. Ex Col. 1706. Mersenni.

Temere plurima effutit, quicquid subobscure garriat audax ille Picus Miraculula, quæ non intelligebat, aut impia erant, quod etiamnum multis huius sæculi Alchymistis familiare est, quorum ignorantiam ne detegamus, sua mysteria Chymica fabulis, & barbaris dictionibus, vel alio modo obscurant, quibus omnia Catholica Religionis mysteria longe facilius, subtilius, sublimius, & verius se explicare posse affirmant, quam tota schola Sorbonica, vel ulli Theologi exponere valeant: neque enim contenti si magnum illud & regale, atq; cæleste opus suum inquirant, & Elixir, Ovis Alchymici vitellum, nectarq; fictitium, balsamum cæleste, acris soliditatem, & eius oleum proponant, nisi in ipsam Theologiam, ne dicam in ipsum Deum manus inferant, ut satis ex Conrado patet, qui Sapientia librum suis nugis adaptat, verum suum Cosmopolitanum, fontem amoris, & alios libros habeant: Hos enim omnes ridebimus donec clarius loquantur: quod nunquam, credo, facient, ne toti mundo fabulam aperiant & se stultissimos exhibeant, &c.

Marini Text. Col. 1213.

Quis itaq; novit metallorum naturas? lapidum virtutes, herbarum succos, & cetera ex quibus Chymici solent plurima excernere? Alchymia nullas certas regulas tradit, quibus certe aurum potabile fieri possit, quo iuuentus restauretur. Adamus vero succum arboris vitæ nouerat, quo vitam perpetuare possit, &c.

Roberti Examen.

Ex hisce Mersenni locis, qualis sit eius in Alchymistas & Alchymiam affectio, aperte discernere fas est: Profecto verisimile est virum istum temporibus præteritis operam non aliter dedisse huic Chymicæ disciplinæ, (sed effectum haud meliori) quam in Cabala, in qua passus est se operam & oleum perdidisse, atq; frustra tempus & lucubrationes suas consumpsisse. Atq; ratio est apparens, videlicet, quoniam nec in vero subiecto, nec in regimine genuino est versatus, imo quidem in spuria Cabala, atq; adulterina Alchymia operam dedit suam, vnde factum est, ut loco auri fæcibus tenebrosis & sordidis est confuscatus, & consequenter nihil aut in Cabala vera aut in Alchymia essentiali certitudinis habere videtur, quod quidem ex multiplicitate terminorum, in Alchymia,

Col. in v.

Col. 9c.

Alchymia, quos recenset animaduerrere licebit: vbi sic loquitur. *Deus chymicorum errores aspicit, & deridet, dum assidue metalla comburunt, calcinant, camentant, dissoluant, putrefaciunt, maturant, digerunt, fixant, sublimant, fulminant, circulant, siflerant, graduant, rectificant, reuerberant, proticiunt, coagulant, &c.* Quibus videre licet ipsum nullam nouisse Alchymiam, præterquam illam notham, & adulterinam in quibus pseudo artifices versantur; Imo vero nec in hoc ipsorum artificio bene est sciens, cum hoc idem in suo Catalogo verbali repetit, nam quid aliud est vera calcinatio, quam fixatio, quid maturatio, quam digestio, iterum & quid digestio, quam graduatio, quid sublimatio, quam fixatio, quid rectificatio, quam circulatio, &c. Scio enim hæc à veris Chymicis ita sese habere, pro illorum spuriorum conceptione quid curo, quod autem veri Alchymistæ per has omnes operationes nihil intelligant nisi operationem & viam vnicam, quam linearem vocant, ex his verorum Chymicorum verbis colligere fas est. Nam Synesius Abbas ille & Episcopus Græcanicus sic ait. *Nota quod dissolvere, calcinare, tingere, dealbare, rectificare, balneare, lauare, coagulare, imbibere, coquere, fixare, serere, desiccare, & destillare sunt unum & idem: & nihil aliud significant, quam coquere naturam quousque sit perfecta.* Et Morienus, bonus ille Eremita ait: *Totum Magisterium nostrum, nihil aliud est quam extractio aquæ à terra, & eiusdem aquæ supra terram remissio donec putrescat.* Hinc ergo patet, quod Merfennus, qui in vero Chymiz campo sementem nullam fecit vnquam, etiam veram Chymiam verosque Chymicos, loco spuriorum, suo modo temerario iudicare & condemnare gaudet. Picum Mirandulam, virum ipso millies doctiorem, & in vera religione Catholicæ profundiorē, garrulum, audacem vocat. Paracelsum cum cæteris Chymistis nebulonem, supplicio grauissimo dignissimum: imo vero tam graue est atque horribile huic homunculo Chymici nomen, ut mola nebulonum talium collo suspensa, ipsos in Oceani profundo fuisse submersos exoptet: O Oceane chymicis iritatis profunde viri tam religiosi, & iudicium viri Christiani, habitu monachali vestiti, soliditatem cuius profundius mox probabimus.

Vt ergo exactius trium prædictorum Monachi istius aduersus Chymiam & Chymicos in genere, textuum, medullam ad lapidis Lydij examen introducamus, totam ipsorum vim, & substantiam in hæc tres quæstiones problematicas contraximus, quarum singulam suo ordine examinare mihi est propositum, quo an iustus sit ipse, hac in re, iudex, & an pro viro in doctrina vera tali qualis esse videtur, sit æstimandus necne, iudicare possitis.

Quæstio I.

Quæ ratione Chymicorum. Sapientiores mysteria seu arcana sua absconderint, & an ut Marinus vult, quia fabulam suam mundo propalare noluerint, ne se stultissimos ei exhiberent.

Quæstio II.

Utrum sit adeo in Chymicis impium profanum & supplicio tam graui dignum opus suum referre Theologia, & an sit tam absurde & inconsulte factum à Paracelso & cæteris Chymicis nonnullis (iuxta sensum Marini) verbis iisdem in suis arcanis uti, quæ in rebus sacris & diuinis mysteriis usurpare solent Ecclesiæ presbyteri. Similiter, si sit in Conrado facinus tam ingens nudum Chymia sua subiectum agens ipsi Sapientiæ diuinæ referre.

Quæstio III.

Utrum soli Adam sit datum succum arboris vitæ cognoscere, qui vitam perpetuare potest, & an data sit hominibus post Adæ lapsum, perfectas plantarum, lapidum, & metallorum naturas scire.

Quæstio IV.

An Alchymia vera nullas certas regulas tradat, quibus aurum potabile fieri possit, quo inuentus restauretur.

Ad primam Quaestionem.

Merfennus est opinatus quod Alchymistæ ideo celent arcanum suum, ne ipsi rem adeo fabulosam mundo aperientes se tandem stultissimos indicarent. At vero cur in nugoso huiusmodi negotio (si fabula seu figmentum esset) versarentur tot Sapientes, cum eorum inprimis sit, veritatem à figmento distinguere, & purum ab impuro separare? nam hoc est solum veri Chymici negotium, quanta purgatione Chymica indiget spurius iste Chymicus Merfennus, qui centrale veri Alchymistæ officium ignorans, cum iudicabit ideo fabulam, seu figmentum celare, ne pro stulto haberetur, qui re vera figmentum à veritate distinguere tentat? At se stultitiz in hoc conscius intelligat potius, & pro stulto ab omnibus æstimandum, quoniam dum nouit subiectum Chymiz esse figmentum, in ipso nihilominus pertinaciter persistere, & eius laudes quotannis mundo ebuccinare minime desistit: Nam quid, quæso, commodi afferre potuit, viris Sapientibus tam Ethnicis quam Christianis, tanto honore Alchymiam celebrare, si ars sit ficta, & nullius momenti: imo vero stultorum potius denominationem quam Sapientum sibi haud iniuria vindicare, ut Marinus iste asseuerare videtur? Quid igitur de istiusmodi Ethnicis non modo à Christi sectatoribus, sed & Paganis ipsis, pro Sapientibus habitis existimat Merfennus? Videlicet Hermete, Maria prophetissa, Gebro, Calide, Democrite, Auicenna, Pythagora, Socrate, Platone, Parmenide, Zenone, Arisleo, Anaxagora & quampluribus aliis Philosophis in arte Chymica optime versatis? Anne figmentum seu fabulam tanta synceritate sunt sequuti, vel stultitiam potius quam Sapientiam sunt venati? At ideo stultos eos vocat & pro fabulosis æstimat Merfennus, utpote in Alchymia versatis: & re vera, si vera Alchymia esset, tam vana ac ipse eam decantat, stulti essent manifesti, tanta cum deuotione in ea versari, verum enim vero Philosophorum rectorum mera præcipua est summum illud bonum, in quod omnes suos appetitus tam serio & tanta diligentia dirigunt: sed si replicauerit iste, illos omnes esse Paganos, respondeo, quod maius esset in nobis Christianitatis titulum (forsitan iniuste) assumentibus dedecus, mysterium illud verum nescire, quo Christianum nomen magis merito mereamur, quàm ipsis, qui Christiana appellatione minime induti, Sapientiz arcanum intellexerunt, & possederunt. Atque nunc ad Christianorum Chymicorum haud minimi nominis ac æstimationis, nominatè censenda progrediar, quo & ipsos etiam inter Marini stultos fabulosos enumerem. Albertus ille, Magnus ob scientiz suæ profunditatem dictus, Thomas Aquinas, Synesius, Picus Mirandula, Rogerius Baco, monachus, Raimundus Lullius Monachus, Arnoldus de villa Noua, Chremerus Abbas, Basilius Valentinus Monachus, Georgius Rippleus Monachus, Bernardus Trevisanus Comes, Morienus eremita Richardus Anglicus, Nortonus & permulti alij in arte Alchymiz fuerunt versatissimi, laudesque eius mundo, sono quasi buccinæ enunciauerunt. Quid? Anne, sunt & isti stulti? Anne circa fabulam & figmentum versati? Dic mihi per Deum immortalem quid est iniquius, quam ut oderint homines, quod ignorant? Et iam si res mereatur odium quid demum est futilius, quid abiectius, quæue maior est deliratio ac vecordia, quam eam damnare & pro nihilo habere scientiam in qua nihil prorsus olfecerint, utpote, quinec naturam, nec naturæ maiestatem, nec proprietatem agnouerunt? utcumque crocitet & blateret iste de profunda sua in natura cognitione, per effectum tamen ceu Chymia vera, tum eius sectatores sunt cognoscendi nam fruetur trophæo veritas, quod in vera Chymia fixit ipsa.

At quispiam fortasse replicabit dicendo: quod si non ob causam tantæ improbabilitatis à Merfennus oblatæ, artem suam celauerint Alchymistæ, reddas nobis rationem certiore istius rei: Cui ego: Huic eius interrogationi respon-

spondebunt ipsi Sapientes Chymici. Nam in primis luculenter sic dicit Syne-
sius: Chymista antiqui diuerso modo de scientia Chymica scripserunt, occultantes sub in-
finitis nominibus artis sua principia, quod quidem nihilominus absq̃ considerationibus
grandissimis minime fecerunt: & quamuis diuersimodo sint in suis Scriptis loquuti, ta-
men nullo modo inter se dissentiebant, sed ad vnā eandem finem tendentes, & de ea-
dem reloquentes proprio agenti nomina, peregrina & aliena, eaq̃ natura & qualitati sua,
quandoq̃ contraria, assignauerunt, & per similitudines & figuras sunt loquuti, idq̃ in
eum finem, vt ista sua scientia ab ignorantibus & indignis minime comprehenderetur,
quod si eueniret necesse esset, quod totum periret: nam anima diuina, postquam in puteum
Democriti penetrauissent, hoc est, naturarum veritatem cognosceret, procul dubio quan-
ta foret in mundo confusio in omni ordine, conditione & magisterio perciperent, si cui-
libet esset datum aurum in quacunq̃ voluerit, quantitate constare: quare & propter hoc
loquuti sunt in figuris, typis, & analogiis, vt non nisi à prudentibus sanctis, & in Sapien-
tia bene versatis intelligantur: Hæc Syneſius: Et Morienus Romanus ait. Hoc ma-
gisterium est tectum & absconditum, & vbiq̃ fuerit mille nominibus nominatur:
Est etiam sigillatum, neq̃ nisi Sapientibus apertum, quoniam Sapientes hoc magisterium
multum querunt & quaesitum inueniunt, & inuentum amant, & ornant. Stulti vero il-
lud derident, & apud illos pro minimo, aut quod verius est, pro nihilo reputatur. Hæc
ille. Ecce Merienne bonus iste Eremita tuam in te stultitiam quam iustissime
retorquet. Et Aristoteles ait quod profractore Sigilli cœlestis haberetur, qui Secreta
artis & natura communicaret. Et tota turba Philosophorum, in hanc cadit sen-
tentiam, quod non sit licitum artis secretum cuiquam reuelare. Quod si fieret, maledi-
ceretur, & indignationem Domini incurreret & Apoplexia morietur. Et Rogerius Ba-
con insanum eum vocat, qui hoc secretum præterquam gryphis & anigmatibus mun-
do publicare voluit. Et Arbarel ait: Qui vult secreta scire, secreta secrete sciat custodire,
& reuelanda reuelare, sigillanda sigillet, & sacrum non det canibus, neq̃ margaritas pro-
iciat porcis, hanc legem serua, & aperientur tibi oculi mentis ad intelligenda secreta:
Hæc ille. Quibus duo arguere videtur: Primum quod Secreta non sint omni-
bus propalanda, sed tantummodo dignis, secundum, quod hominibus secreta
mystica reuelare & publicare promptis, non erunt mentis oculi facile ad Se-
creta percipienda aperti: Quod etiam confirmat illud Magorum naturalium
axioma, quo docemur: Quod vt ipsa nomina publica & prophana odio prosequantur,
sic è regione Secreta amant, quare sequitur, quod omne experimentum naturali-
ter magicum reuera fugat publicum, & occultari quærat, vtpote quod silen-
tio corroborari solet, at vero propalatione destrui, ita vt completus minime
inde sequatur effectus. Oportet ergo verum in Chymia essentiali operato-
rem, si aliquem ex inde fructum consequi velit, secretum esse, ac nullis, neq̃
opus suum, neq̃ locum, neque tempus, neq̃ desiderium, neq̃ voluntatē suam
propalare: nisi aut præceptor, aut coadiutor. Sed quid verbis opus est pluri-
bus? Si hæc Marino non sufficiant, vltius in nostris probationibus ex sacræ
paginæ depromptis rem aggrediar: Saluator noster admonebat discipulos
suos, vt Iudæis in parabolis & ænigmatibus loquerentur, vt ipsi aures habentes
minime audirent, & oculos possidentes minime viderent: Et alibi ait. Ne proi-
cietis panem filiorum hominum canibus, aut margaritas porcis. Et Apostolus ait, Sapientiam
Dei, loquimur in mysterio, qua abscondita est, quam prædestinavit Deus ante secula in
gloriam nostram. Et alibi. Sapientiam mysticam, nemo principum huius mundi cognouit
quā Deus nobis reuelauit per Spiritū. Et Paulus agnouit se raptum fuisse in Paradisum,
ubi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, &c. Inde arguens, quod arca-
na Dei nō sint propalanda. Et apud Esdram legimus hoc. Libros priores in palam
pone legantq̃ digni, & indigni: nouissimos 70. conseruabis, vt tradas Sapientibus de po-
pulo tuo &c. Hic ergo videtur ipse asserere, quod vera mysteria, in Sapientum
tantummodo vsu sint referenda, reliqua vero, quæ non sunt occultanda pari-
ter tam dignis quam indignis sunt propalanda. Et Salomon ait: quod scientiam

Trans. de lap.
cap. 1.De transm.
metall.In lib. secret.
Rosario.

1. Cor. 2.

2. Cor. 2. 4.

4. Esd. 14.

Prov. 12. 22.

tegit homo calidus, animus autem stolidus proclamat stultitiam. Porro etiam templum Salomonis fuisse tripartitum legimus, vtpote in cuius parte exteriori Dio, & aperto cœlo aperta, vulgaribus hominibus concessus erat aditus, eius vero media regio Sacerdotibus ordinis inferioris erat assignata. At vero Sanctum sanctorum, in quo Vrim & Thummim, atq; mysteria diuina erant reseruata soli Aaroni, Pontifici summo, erat dicatum, & consequenter à vulgari multitudine, imo vero à Pontificibus inferioribus denegatum. At replicabit forsitan Marinus, hæc omnia à textu sacro desumpta arcanis Sapientia mysticæ conueniunt, quæ sator hominibus minime esset enclaudenda. Sed quid hoc ad ficta & ridicula illa secreta Alchymia. Ad quod in resolutione quaestionis sequentis, satis superq; respondebimus: sed priusquam ad ipsius resolutionem accedamus, ostendam ex hisce, qui iam antea sunt relata, quam sit Textus iste Marini Merfenni consequens absurdus. *Est enim? inquit? quod me vehementer commouet, & nescio, quibus ingenij, melancholica dictis an superba, vel stulta & insana nescio, me reddat infensissimum, qui cum arcana quadam, ad aliquam artem pertinentia nouerint, nulla ratione ea referare voluit, sed cum in sepeliunt, vel ne tantillum Reipub. prosint, quos sane Reipub. veluti monstra & membra putrida excindere deberet. Ad quid enim tibi Deus vires ingenij administravit, ut plurima quotidie magna solertia inuestigares, nisi ut inuenta cæteris communicares & rempublicam in qua deges uares in maiorem Dei gloriam? Quæ ratione scientia & artes, quæ potius in dies obliterantur & dispareunt, quam ut illustrentur, breui progredi, & ad colophonem perducantur possent. Profecto diuinum numen admiror, quod istiusmodi tenebriones non spoliaret omni cognitione, cum illis adeo male his artibus uti videt, quas eis communicauit, verum eos ignibus æternis reseruat nisi resipiscant, &c.*

Cui Ego.

Risum teneatis amici: imo verò nōnne irridebit puer adhuc papans vel lalans tenuitatem istius assertionis? Ac si dixisset omnes Philosophos mysticos imo verò & ipsum Salomonē & Esdram, Paulum atq; etiam Christum Salvatorem, Merfennum admodum commouisse adeo ut nesciat, qua ratione sine melancholica dicat aut an superba, vel stulta & insana eum reddant infensissimum, qui cum arcana & mysteria sua summa nouerint nulla ratione ea referare voluerunt ad Reipub. beneficium, quare ipsum ait diuinum numen admirari, quod istiusmodi tenebriones non spoliaret omni cognitione: cum illos adeo male his artibus uti videt, quas eis communicauit. Quare ista sua inquisitione facta audi eius in tales tenebriones iudicium, quod est huiusmodi, verum eos ignibus æternis reseruauit, &c. Porro etiam res est, in isto Monacho obseruatione digna, quam sit in sua opinione elatus, & gloriosus, & quanta impudentia, homines non modo terrigenas contemptu, derisione, & iudiciis suis horrendis persequatur: sed etiam ipsius Dei summi consilia & opera in quaestionem vocare, ipsum docere, & ad suam voluntatem dirigere, & à pietate & misericordia, in suam conditionem sanguinolentam & seueram commouere insistit in his verbis: Profecto diuinum numen admiror, quod huiusmodi tenebriones non spoliaret omni cognitione, &c. Deinde quoniam Deus ad voluntatem suam obeundam inducere nequeat: ipse loco Dei ipsius iudicare præsumit, dicendo. Verum ignibus æternis reseruauit: Nonne hic alter Lucifer? Deniq; non ei sufficet dixisse se de mysterijs artium & scientiarum, intellexisse: quoniam nulla est disciplina vera, nisi ea, quæ à Spiritu disciplinæ sanctæ est orta, vtpote cuius est omnia docere: *Mittam, inquit, Saluator, ad vos Paracletum meum, qui vos docebit omnia; quare si omnia, ergo nulla scientia sine eo, qui est doctorum Doctor.* Sed quia ipsum scio replicaturum: maximam esse inter mysteria Chymici subiectum, & illud Theosophia discrepantiā cum hoc sit verissimum, illud figmentum inane, ergo, ad secundi dubij resolutionem properabo.

Ad

Ad secundam Quæstionem.

Utrum sit in Alchymistis adeo impium, profanum, & supplicio tam graui dignum, iuxta Marini Mersenni sententiam opus suum Chymicum referre Theologia, & an sit tam absurde & inconsulto factum à Paracelso & nonnullis aliis Chymicis (vt ait ille Mersennus) verbis iisdem in suis arcanis uti, quæ presbyteri Ecclesiæ in rebus sacris & diuinis mysterijs usurpare solent: similiter si sit in Conrado facinus tam ingens, nudum Chymia suæ subiectum ad ipsam Sapientiam diuinam referre.

Quam quidem quæstionem Alchymistas defendendo, in parte negativa teneamus, videlicet, quod nec sit impium, nec profanum in ipsis formale suum agens mysterijs Theologicis, verbisue in sacro scripto usurpatis transferre, durum fortasse Marino prima quidẽ fronte videbitur. At si ipse rem reuera, prout est inspectione accuratiori & scientia profundiori intueretur & exploraret, nullum inueniret, aut contra Deum, aut aduersus homines in tali actione peccatum, aut facinus tantum ac ipse existimat. Nam quid dicet Marinus, si idem sit formale apud Alchymistas agens, quod Sapientia diuina seu emanatio illa sancta, apud sacras Scripturas? Quod si ita sit, videlicet si tam Chymici quam Theologi, commune habeant subiectum, agens in quo vtraque secta licet diuersimodo versatur, non erit nec profanum, nec impium iis verbis in vtraque scientia usurpare: Nec quidem veram practicæ Theologiæ partem, (non intelligo moralem, sed occultam & mysticam) quicquam aliud esse putamus, quam Chymiam mysticam & occultam, vtpote mediante qua, lux illa diuina tenebris occulta, in lucem ad nostram salutem proferri queat, Sapientiam dico illam mysticam & occultatam, de qua intelligit Apostolus loco superius citato, & Salomon per tota sua Prouerbia & in libro de Sapientia, *Verbum dico erat, ab initio quod erat in tenebris & tenebræ non comprehenderunt illud,* 1. Cor. 2. secundum Euangelistam. Nec quidem intelligo iam subiectum aliquod iuxta 1oh. 1. spuriorum Alchymistarum sensum, sed iuxta illud Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum: Prophetarum dico, nam de huiusmodi lapide in primis intelligebat Iacobus quem vocauit Dei domum. Et Moyses Petra est illa, sine qua nulla est requies, vtpote super quam, cum Propheta dicit verus Alchymista, constituit Deus pedes meos, perpetuam requiem denotans, sine enim lapide angulari contingit omnibus errare & nunquam quiescere. Et Propheta Psal. 118. 22. David, agnoscit Deum esse *rupem solam, quam & lucem, & salutem & robur vi-* Psal. 27. 1. *ta suæ vocat:* Et alibi vocat eum *petram suam, rupem suam, & munitionem suam:* imo Psal. 71. 3. vero ipse alibi, de ista petra clarius sic loquitur: *Lapis angularis quem structores speruerunt, is est caput anguli, à Iehoua est hic, est q̃ mirabilis in oculis nostris.* Et Daniel Psal. 118. 22. hunc lapidem, vocat illum *de monte abscissum sine manibus, qui postquam statuam percussisset in montem magnum totam terram replentem fuit mutatus.* Similiter & Dan. 2. hæc erat illa petra spiritualis, quam toties, & tanta deuotione amplexi sunt Apostoli, quam quidem Sapientes Alchymistæ, & diuinitate pleni in quærendo & in lucem e tenebris producendo sunt exercitatissimi vnde sequitur, quod huiusmodi viri essent veri Theologi practici, vt & illi, qui solummodo docent viua voce & nihil in actum producant Theorici sunt dicendi: At vero Apostoli in vtraque parte fuerunt versati: nam & huius petræ laudes mundo prædicatione celebrauerunt, & ipsius virtutem praxi adhibuerunt, mediante qua tot mirabilia mundanis præbuerunt, tot dæmonia eiecerunt, tot ægrotos subleuauerunt, & multa alia stupenda ad finem & exitum felicem produxerunt: Praxim etiam nos docuit Christus, qui vera erat petra spiritualis, vbi dicit: *Estote verbi factores.* Et alibi, *operate saluationem vestram,* & alibi, *pulsa, pete, quare:* At dicet Marinus quod aliud intelligat Chymistæ, aliud Theologi, cui respōdeo quod hoc sit verum, si Chymicos adulterinos intelligat, & non veros: Nam & veri Alchymistæ

mista hoc idē verbis quidem expressis significauerunt: Nam vt Salomon Sapientia, seu Spiritū illum disciplinæ sanctum à Deo, & è sanctis cœlis factus est se accepisse: atque alibi agnoscit illum esse donum Dei: ita quidem, & veri Sapientes Chymici hoc idem confiteri videntur, affirmantes, quod quamuis Philosophi per suum ingenium, & laborem, materiam, ac operationem inuenerint, nihilominus tamen dicendum est, quod Deo reuelante vel inspirante vtrumq; habuerint, quia Deus, qui est omnium rerum prima causa, creator & gubernator, per suam Sapientiam & bonitatem diuersis hominibus, diuersas tribuit gratias pro tempore & loco, secundum quod viderit expediri illis quibus largitur. Hæc Laurentius Ventura. Et alibi. *Probi Philosophi merito acceperunt hoc donum Dei, vti sibi sufficerent ac alijs benefacerent: quare ait Calid Rex: Secretum Dei gloriosi, maxima est soror Philosophiæ, inspiratum autem est à Deo, Prophetis suis, & certis electis credentibus in eum.* Et Hermes ait. *Huius autem artis scientiam ab vnius tantum Dei habes inspiratione.* Et Morienus Romanus ait. *Intentio omnis hominis hanc diuinam scientiam querentis, aliud arbitrari non debet, nisi donum Dei altissimi & magni, qui suis seruis eam ostendit, cuius nomen semper sit benedictum.* Item Geber ait. *Ars nostra in potentia Dei reseruatur, qui cui vult eam largitur & subtrahit.* Et Parmenides in turba ait. *Hoc autem specialiter est cui Deum posse tribuit.* Et Balgus in turba ait. *Regimen eius maius est, quā ratione percipiatur, nisi ab inspiratione diuina detur, propter quod dicunt omnes Philosophi, quod est donum Dei, quia scienti illud & perficienti Deus largitur & non subtrahit, scienti vero & perficienti, & non recipienti illud Deus largitur, & subtrahit, quia ab eius oculis euanescit, quod tunc retinere deberet.* Ex quibus sat liquido explicatur, quod etiam Philosophi Chymici, factionis Ethnicæ agnouerint Chymicæ subiectum esse Dei donum, & ab inspiratione diuina producere. At iam videamus, quomodo hæc cum scriptura sacra conueniant. Ait Apostolus quod *non sit volentis aut currentis, sed Dei miserentis.* Et Salomon ait: *Consilium Dei quis nouerit, nisi Deus dederit Sapientiam, & miserit sanctum Spiritum è locis altissimis.*

Sap. 9.

At dicet Marinus, hæc est emissio Spiritus Dei ab alto cui vult, quid hoc ad opus Chymicum, quia solet rem aliquam terrestrem, aut metallicum aliquod tractare. Cui ego. Consideret Marinus hoc in primis, quod Spiritus iste sanctus non sedem suam in vnico mundi loco, videlicet, vel in cœlo empyreo, vel stellari, vel elementari, sed quemlibet implere locum, vnde Sapiens, *Spiritus disciplina sanctus implet orbem terrarum.* Et alibi, *Christus implet omnia & est omnia & in omnibus,* at Christus est Verbum, à quo omnia sunt facta, & sine quo nihil utpote in quod est vita, & illa vita est lux, non modo hominis, sed & vniuersi mundi. Quare intelligendum est, quod quando loquitur de missione Spiritus è sanctis cœlis non intelligit, aut de cœlo empyreo, aut stellari, sed de illis vbicunque versatis: nam vbicunq; inest Spiritus hic sanctus, ibi cœlum est, utpote quod est eius sedes, at Spiritus hic est in terra, idq; exuberante, quare & terra est cœlo plenissima, atque ita cœlum habemus in terra, atq; etiam terram in cœlis: nam quam absurdum foret illud nempe dicere, quod Spiritus hominis, seu homo internus esset templum Spiritus sancti, si in homine non esset cœlum! Aut anne quispiam ita insanire queat existimare, quod D. Paulus esset corporaliter, aut spiritualiter (nam ipse factus est se nesciuisse) in cœlum illud empyreum mundanum fuisse raptum, aut quod visionem cœli tertij in ipsa terra inclusi habuisset? Nonne etiam ait Propheta *aperiatur terra, & pariet Saluatorem?* At quis procul dubio ait hoc non de terra communi sic intelligendum, sed de terra carnali: at ego demonstrabo, quod vt Cephas seu lapis humanus sit terra subtilis humana, quæ Philosophis lapis animalis sit dictus, quem extollunt longe super duas alias lapidum species, videlicet, vegetabilem & mineralem, ita quidem Aben, est terræ fundamentum, ex quo tres lapides illi, & omnes aliæ res habent suam esse & existentiam, quod luculenter nos docet Iehoua

ipse

ipse in hac sermonis serie. *Quis disposuit terræ mensuram, super quo basis defixa sunt, aut quis iecit lapidem eius angularem, &c.* Inde arguendo lapidem angularem esse Terræ vniuersæ basim & vitam & existentiam, quæ non aliter est ubiq; in eius mole, quam anima humana in toto & qualibet parte sui corporis esse dicitur. At lapis angularis est Christus, & Christus est vera lux, & Saluator mundi, an ne ergo absurdum foret dicere cum Propheta, *Aperiatur terra & pariet Saluatorem, cum vidimus Saluatorem esse in terra?* Sic etiam ait Ecclesiasticus, *Medicina extrahitur à terra & vir prudens non abhorrebit eam.* Et Salomon ait, *non herba aut malagmate, sed verbo tuo sanasti eos,* & iterum ait, *Si quasiueris Sapientiam sicut pecunias, & sicuti thesauros effoderis illum: viri ergo Chymici, est quærere terram aptissimam, seu lapidem Iacobi, qui erat domus Dei, & pulsare cum iustitia, & apta mensura: vt iustus exinde oriatur, non aliter quam eadem diuinitas in Christo mortuo, & in rupe, non prius vsurpata sepulto, mediante qua à morte ad vitam resurgebat.*

Nec Marinum vexet ista nostra comparatio, quoniam Christus vniuersalis, quamuis plura habeat membra, pluresq; mansiones, tamen non nisi vnus est, idq; indiuisibilis in sua substantia, quæ omnia implet, quare igitur erit istud tam absurdum in Alchymistis veris, de nouo Saluatoris seu Sapientiæ partu cum Isaia loqui, aut de terra seu petra, in qua est ille diuinus thesaurus absconditus & quasi sepultus, & de eiusdem incarnatione, cum seipsum per verum Sacramentum, vel cœnam Dominicam in naturam humanam conuerti potest, refocillando solem Microcosmicum, cum illo eiusdem Spirituali, vbique in Macrocosmo latitante, vt sic regenerari possimus mentemq; sanam in corpore sano recuperare: Nonne dicti sumus fratres Christi: Imo vero & hoc notum est apud ipsos Ethnicos, nam Zoroaster (quem Marinus pro Cacomago falso æstimauit) sic ait. *Ascendendum est tibi ad lumen ipsum, & ad Patris radios, vnde tibi missa est anima plurima induta mente.* Et Trismegistus ait. *Ascendere te oportebit supra cœlos chorisq; Dæmonum longe abesse:* Et Pythagoras ait. *Si tu, relinquendo corpus, in ætherem liberum transieris eris immortalis Deus.* Et iterum Trismegistus. *Magnum miraculum est homo animal adorandum, & honorandum, ipse enim in naturam Dei transit, & quasi Deus est: sed vt hoc lectoribus minime absurdum videatur, illud etiam hoc idem à scripto sacro confirmatum habemus, vbi legimus, quod, qui adheret Deo vnus Spiritus fiet cum eo:* Et alibi. *Tandem transformabimur in eandem imaginem,* atque etiam in multis aliis locis. Hic ergo obiter intelligendum putamus: quod vbi prædicti Philosophi loquuntur de assensu ad Patrem lucis, & supra cœlos, non intelligunt de cœlis vulgaribus, qui die iudicij transibunt & peribunt. Sed de illis, quæ diuinam istam Sapientiam immediate loco vehiculi excipiunt, quos etiam hic habemus in tertis: iuxta illud axioma: *Veritas orta est ex medio terræ.* Et alibi. *Quis enarrare potest generationem suam, nam vita eius sumitur à terra, ac si dixisset, aperiatur terra & pariet Saluatorem.* Hinc (inquit Christus) *Terrena, qui ignoratis cœlestia quomodo percipietis.* Quare sublimatio à terra in cœlum est instar illius, qui à gradu infimo ad illum Episcopalem sublimari dicitur.

Sic quidem Christus à statu corporeo & mortali ad Spiritualem & incorruptibilem est exaltatus, manente nihilominus super terram. Sed ad rem. Videris ergo vt Iehoua fecit terræ fundamentum, ita ipse ibi adest, atq; ibi à Sapientibus & electis est inueniendus. *Ab ore, inquit, Sapientia altissimi prodij, rotunditatem cœlorum circuitui sola, & in profunditate abyssi ambulauit.* Et Dauid (ait.) *Iehoua est lapis ille angularis, & est mirabilis in oculis nostris.* Hic ergo est ille, qui subleuare, & reficere solet ægrotos tam animæ, quam corporis, mediante cuius virtute à terra in cœlum, à Spiritu morbido in æthereum, & supra prauorum dæmonum sphæram sublimabitur: vt ergo est Teologorum vulgarium

E E

docere

docere solummodo, quod facere nesciunt, ita quidem veri Chymici, & occulti, (sic dicti quia Sapientiae mysticae, quae est occultata, ut testatur Apostolus, sunt possessores) & praticare, & speculari possunt. At iam Marinum audio mufitantes, & subridentes percipio, dicentem:

Sed ubi est aurum illud, quod tanta ostentatione promittunt Alchymistae isti? Cui dicimus cum ipsis Chymicis veris: Aurum nostrum non est aurum vulgi, sed aurum viuum & aurum Dei. Nonne etiam testatur hoc pagina sancta? *Ab Aquilone*, inquit Iob) *aurea lux aduenit propter Deum terribilem laude*, ubi per auream lucem, aurum Dei viuum intelligit, videlicet eius Verbum lucidum seu Sapientiam, de quo intelligit Psalmista. *Dictum lebona purum est, ut argentum purgatum & in catino terreo defecatum septies*: Estq; aurum hoc viuum, illud ignitum à Christo emendum, de quo pagina sacra mentionem facit, quod Sapientes describunt esse igneum Spiritum scintillam rutulantem, granum impassibile, nunquam moriens, proprium corpus sublimans, omne creatum inhabitans, sustentans, & gubernans, aurum purum in igne gloriosius semper & purius sine demonstratione iubilans: Imo vero hoc est Spiritus ille aureus, quem Salomon vocat splendorem lucis diuinæ & speculum bonitatis illius: *qui est Sapientia illa cuius radix & fons est Verbum Dei in excelsis, in qua est decor vite, Deus ipsam effundit in omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & praeiungit illam diligentibus se*. Quare & in terra abundanter infusa est ipsa, quod etiam & his verbis agnoscit Dauid. *In Sapientia omnia fecisti, impleta est terra possessione tua*. His igitur videtis, quod donum hoc non sit solummodo vsui subiecto, sed etiam & tangi, & in actione sua percipi potest.

Nam quid obsecro aliud erat haustus illius subiectum ab Esdra sumptus praeterquam liquor iste Spiritualis & ignitus & viuus à petra illa Catholica scaturiens, de quo hoc scriptum legimus: *Eccce calix plenus porrigebatur mihi. Hic erat plenus sicut aqua, color autem eius igni similis: Et accepi & bibi, & in eo cum bibissem cor meum cruciabatur, vel implebatur intellectu, & in pectus meum crescebat Sapientia, &c.* Quo sermone inuenire videtur istam calicem charitatis Sapientiae lucidae vndis plenissimum, cum liquore, qui eo continebatur, & visum, & tactum & gustatum fuisse ab eo, utpote cuius virtute non solummodo Sapientia erat repletissimus, sed & spacio 40. dierum sine cibo aut potu alio sustentatus. Quo etiam modo seu victus ratione, Elias in deserto & Moyses in monte fuerunt per illud temporis spacium à fama, & siti praeseruati: & Christus etiam in deserto quando à Diabolo esset tentatus: qui probare idq; rectissime, visus est Diabolo quod istiusmodi nutrimentum esset verbum progrediens ab ore lehoue & non panis vulgaris. Ut pote, quod etiam in alio loco dictum est cibus angelorum, quo nutriti fuerunt Israelitae in deserto 40. annis: & iterum dicitur, qd petra spiritualis aquas viuas emittens esset Christus. Quid etiam aliud sibi vult manna illud absconditum, & lignum vitae in Paradiso, & lapis ille albus, & stella illa matutina in Apocalypsi allegata? Nonne per illa hoc vnicum & solum Spiritum occultum & mysticum intendunt, qui tamen si sit in se simplex, tamen vestimentis naturae variis induta multiformiter electis apparere solebat: unde & multiplex à Sapiente dicitur: quare antiquis in forma Vrim, & Thummim, Eliae in forma aureae tenuis & stellae matutinae Esdrae in forma haustus ignei, Ezechieli in forma Carbonum ignitorum quos deuorauit: D. Ioanni in forma libri, quem etiam deuorauit: in Christum in forma columbae, Apostolis in forma linguarum, & sic in ceteris secundum velle diuinum, & more petentis & pulsantis: at D. Ioannes hoc idem fatetur in hisce verbis, *quod fuit ab initio, quod audimus, vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostrae contrectauerunt, de Verbo vitae annunciamus vobis &c.*

Quibus non intedit de Christo carnali, utpote, qui non erat ab initio. Porro etiam cur tot verba faceret de Christo homine, cum & ipsi Iudaei, cum viderunt,

audi-

audierunt, & tetigerunt tam bene quā D. Ioannes? at si quærat, cur de voce igitur eius mentionem fecit, respondeo, quod electi recipere solebāt ab Vrim & Thummim responsa, quæ vocabula arguunt lucē vel perfectionem, cuiusmodi est Sapiētia illa sancta. Nonne etiam falsi sunt Apostoli, quod totum suæ fælicitatis subiectum esset Sapiētia mystica, quæ erat abscondita, & pro electis referuata? Non dicit Christum carnalem, sed Christum ab initio à Patre egredientem, omnia sua essentia implentem, quo Christus homo erat omnium hominum mortalium ditissimus.

Sed semper scio insistet Merfenus, & dicit: Vbi sunt montes illi aurei ab istiusmodi nebulonibus ita mundo prædicati? cui respondemus, quod Phya aurum respectu auri. At licet & diuitiæ etiam concomitētur Sapiētiæ possesorem (cum teste Salomone) Sapiētia tā tenet diuitias in manu sinistra, quam salutem & vitam longam in dextra) tamen arcana longe altiora comprehendit ipsa, cum sit mare illud magnū, è quo omnes mysteriorum riuuli egrediūtur, atq; iterum in idem reuertuntur: Imo vero, inquit Christus, *qui tantū habet fidei, ut granum synapis, montes remouere potest, & longe maiora præstare.* Quare ut Marinus vltiori cauillatione impostērū veros Alchymicæ discipulos non vexet aut molester, lapidis vero animalis mysterium ei imprimis, si nō sit duræ ceruicis & intellectus surdi aperiam: imprimis concipiat, quod aliud legit, aliud vero intelligit Sapiens: deinde cū F. Basilio Valentino agnoscat hominē esse omnium creaturarum præstantissimum: nā, inquit, *quamvis animalia terra ex carne & sanguine sint composita, æque ut homo, habeantq; viuificum spiritum & flatum sibi inditum* Basilium Valentinum Chymia. *tamen rationali anima sunt destituta, quo homo præ cæteris animalibus præditus est, idcirco cum bruta vitam cum morte cōmutant, penitus actum est de iis, homo autē si vitam per temporale mortē creatori suo offerat, viuit superstes anima, cumq; clarificatus fuerit, anima eius in corpus clarificatum reuersa, ibidē habitabit, ita ut corpus anima & spiritus congregentur, cælestemq; suam claritatē demonstrare valeant, quæ in omnē eternitatem separari nunquā poterunt, quapropter homo ratione suæ animæ prefixa cognoscitur creatura, si quidem (licet extrinsece cōsiderando mori videatur) in aternū victurus est: mors enim est hominis clarificatio: spiritus autem morari potest in quodam corpore, at nō propterea sequitur illum fore fixum, quamuis corpus cum spiritu conueniat, tamē destituantur illi ambo, forti illo nexu, qui corpus & spiritū vincat, & confirmet, eaq; præ omnibus periculis tueatur, & defendat, nempe præciosissima, nobili & fixa anima: idq; vnum est ex maximis arcanis, quod Sapiēti & inquisitioni operam danti scire conueniat. At qui conscientia mea nō passa est hoc silentio præterire, sed patefacere illis, qui fundamentū omnis Sapiētiæ amat.* Hæc Basilius Valentinus. Intelligis, Merfenne, præclara boni istius Monachi documenta? certe si talis ac tantus fuisses, quantus & qualis ille, in Chymia Cabalā, ac Magiam veram, nunquā tot mala & falsitates fuisses prolatus. Sed ad propositū: Ex dictis Basilij colligere fas erit, quod nā sit verum & viuum animale aurum, aurum illud dicam à Christo emendum: habes, inquam, præ oculis expositum lapidis animalis basim, de quo Rosarius. Credas inquit, preciosiores esse lapides, qui procedunt ab animalibus quam cæteri? Atq; hunc Basilij sensum confirmare videtur Artephius in his verbis. *Deus est alligatus creaturis suis, per suum Verbum, & separatus ab ipsis, in quantum ipsas transcendit, nec enim creauit ille, aliquid sibi æquale, sed de magnis ipsius beneficiis, hoc est maximum, quod ipse adligauerit corpus nostrum, cum subtilissimo omnium elementorum, scilicet anima, quæ vidit occulta, manifeste, modo si corporis virtus ei minime prædominetur, quanto enim magis fortificantur corporis vires, tanto anima virtutes necesse est debilitari, & quanto magis corpus debilitatur, tanto magis ipsius anima subtiliatur intuitus.* Et propterea dixit magister Bolenius. *Pone lumen tuum in vase vitreo claro, & nota, quod omnis Sapiētia mundi huius versatur circa hæc tria, videlicet, adligamentum anima corporalis, cum anima corporali & anima SPIRITUALIS cum corporali, & SPIRITUALIS cum SPIRITUALI,*

docere solummodo, quod facere nesciunt, ita quidem veri Chymici, & occulti, (sic dicti quia Sapientiae mysticae, quae est occultata, ut testatur Apostolus, sunt possessores) & praticare, & speculari possunt. At iam iam Marinum audio mustificantem, & subridentem percipio, dicentem:

Sed ubi est aurum illud, quod tanta ostentatione promittunt Alchymistae isti? Cui dicimus cum ipsis Chymicis veris: Aurum nostrum non est aurum vulgi, sed aurum viuum & aurum Dei: Nonne etiam testatur hoc pagina sancta? *Ab Aquilone, inquit Iob*) aurea lux aduenit propter Deum terribilem laude, ubi per auream lucem, aurum Dei viuum intelligit, videlicet eius Verbum lucidum seu Sapientiam, de quo intelligit Psalmista. *Dictum lehoua purum est, ut argentum purgatum & in catino terreo defecatum septies*: Estq; aurum hoc viuum, illud ignitum à Christo emendum, de quo pagina sacra mentionem facit, quod Sapientes describunt esse igneum Spiritum scintillam rutulantem, granum impassibile, nunquam moriens, proprium corpus sublimans, omne creatum inhabitans, sustentans, & gubernans, aurum purum in igne gloriosius semper & purius sine demonstratione iubilans: Imo vero hoc est Spiritus ille aureus, quem Salomon vocat splendorem lucis diuinæ & speculum bonitatis illius: *qui est Sapientia illa cuius radix & fons est Verbum Dei in excelsis, in qua est decor vita, Deus ipsam effundit in omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & praebeuit illam diligentibus se*. Quare & in terra abundanter infusa est ipsa, quod etiam & his verbis agnoscit Dauid. *In Sapientia omnia fecisti, impleta est terra possessione tua*. His igitur videtis, quod donum hoc non sit solummodo vsui subiecto, sed etiam & tangi, & in actione sua percipi potest.

Nam quid obsecro aliud erat haustus illius subiectum ab Esdra sumptus praeterquam liquor iste Spiritualis & ignitus & viuus à petra illa Catholica scaturiens, de quo hoc scriptum legimus: *Eccce calix plenus porrigebatur mihi. Hic erat plenus sicut aqua, color autem eius igni similis: Et accepi & bibi, & in eo cum bibissem cor meum cruciabatur, vel implebatur intellectu, & in pectus meum incresebat Sapientia, &c.* Quo sermone inuenire videtur istam calicem charitatis Sapientiae lucidae vndis plenissimum, cum liquore, qui eo continebatur, & visum, & tactum & gustatum fuisse ab eo, utpote cuius virtute non solummodo Sapientia erat repletissimus, sed & spacio 40. dierum sine cibo aut potu alio sustentatus. Quo etiam modo seu victus ratione, Elias in deserto & Moyses in monte fuerunt per illud temporis spacium à fama, & siti praeseruati: & Christus etiam in deserto quando à Diabolo esset tentatus: qui probare idq; rectissime, visus est Diabolo quod istiusmodi nutrimentum esset verbum progrediens ab ore Iehouae & non panis vulgaris. Ut pote, quod etiam in alio loco dictum est cibus angelorum, quo nutriti fuerunt Israelitae in deserto 40. annis: & iterum dicitur, q; petra spiritualis aquas viuas emittens esset Christus. Quid etiam aliud sibi vult manna illud absconditum, & lignum vitae in Paradiso, & lapis ille albus, & stella illa matutina in Apocalypsi allegata? Nonne per illa hoc vnicum & solum Spiritum occultum & mysticum intendunt, qui tamen si sit in se simplex, tamen vestimentis naturae variis induta multiformiter electis apparere solebat: unde & multiplex à Sapiente dicitur: quare antiquis in forma Vrim, & Thummim, Eliae in forma aurae tenuis & stellae matutinae Esdrae in forma haustus ignei, Ezechieli in forma Carbonum ignitorum quos deuorauit: D. Ioanni in forma libri, quem etiam deuorauit: in Christum in forma columbae, Apostolis in forma linguarum, & sic in ceteris secundum velle diuinum, & more petentis & pulsantis: at D. Ioannes hoc idem fatetur in hisce verbis, *quod fuit ab initio, quod audiimus, vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostra contrectauerunt, de Verbo vita annunciamus vobis &c.*

Quibus non intedit de Christo carnali, utpote, qui non erat ab initio. Porro etiam cur tot verba faceret de Christo homine, cum & ipsi Iudaei, cum viderunt,

audi-

audierunt, & tetigerunt tam bene quā D. Ioannes? at si quæritis cur de voce igitur eius mentionem fecit, respondeo, quod electi recipere solebāt ab Vrim & Thummim responsa, quæ vocabula arguunt lucē vel perfectionem, cuiusmodi est Sapiētia illa sancta. Nonne etiam falsi sunt Apostoli, quod totum hæc felicitatis subiectum esset Sapiētia mystica, quæ erat abscondita, & pro electis reservata? Non dicit Christum carnalem, sed Christum ab initio à Patre egredientem, omnia sua essentia implentem, quo Christus homo erat omnium hominum mortalium ditissimus.

Sed semper scio insistet Merfenus, & dicer: Vbi sunt montes illi aurei ab istiusmodi nebulonibus ita mundo prædicati? cui respondemus, quod Phya aurum respectu auri. At licet & diuitiæ etiam concomitētur Sapiētiæ possessorum (cum teste Salomone) Sapiētia tamen tenet diuitias in manu sinistra, quam salutem & vitam longam in dextra) tamen arcana longe altiora comprehendit ipsa, cum sit mare illud magnū, è quo omnes mysteriorum riuli egrediūtur, atq; iterum in idem reuertuntur: Imo vero, inquit Christus, *qui tantū habet fidei, ut granum synapis, montes remouere potest, & longe maiora præstare.* Quare ut Marinus vltiori cauillatione impostērū veros Alchymicæ discipulos non vexet aut molester, lapidis vero animalis mysterium ei imprimis, si nō sit duræ ceruicis & intellectus surdi aperiam: imprimis concipiat, quod aliud legit, aliud vero intelligit Sapiens: deinde cū F. Basilio Valentino agnoscat hominē esse omnium creaturarum præstantissimum: nā, inquit, *quamvis animalia terra ex carne & sanguine sint composita, æque ut homo, habeantq; viuificum Spiritum & flatum sibi inditum tamen rationali anima sunt destituta, quo homo præ cæteris animalibus præditus est, idcirco cum bruta vitam cum morte cōmutant, penitus actum est de iis, homo autē si vitam per temporale mortē creatori suo offerat, viuit superstes anima, cumq; clarificatus fuerit, anima eius in corpus clarificatum reuersa, ibidē habitabit, ita ut corpus anima & Spiritus congregentur, cælestemq; suam claritatē demonstrare valeant, quæ in omnē aternitatem separari nunquā poterunt, quapropter homo ratione suæ anima præfixa cognoscitur creatura, si quidem (licet extrinsece cōsiderando mori videatur) in aternū victurus est: mors enim est hominis clarificatio: Spiritus autem morari potest in quodā corpore, at nō propterea sequitur illum fore fixum, quamuis corpus cum Spiritu conueniat, tamē destituatur illi ambo forti illo nexu, qui corpus & Spiritū vincat, & confirmet, eaq; præ omnibus periculis tueatur, & defendat, nempe præciosissima, nobilior fixa anima: idq; unum est ex maximis arcanis, quod Sapiēti & inquisitioni operam danti scire conueniat. At qui conscientia mea nō passa est hoc silentio præterire, sed patefacere illis, qui fundamentū omnis Sapiētiæ amāt.* Hæc Basilius Valentinus. Intelligis, Merfenne, præclara boni istius Monachi documenta? certe si talis ac tantus fuisses, quantus & qualis ille, in Chymiā Cabalā, ac Magiam veram, nunquā tot mala & falsitates fuisses prolarurus. Sed ad propositū: Ex dictis Basilij colligere fas erit, quod nā sit verum & viuum animale aurum, aurum illud dicam à Christo emendum: habes, inquam, præ oculis expositum lapidis animalis basim, de quo Rosarius. Credas inquit, preciosiores esse lapides, qui procedunt ab animalibus quam cæteri? Atq; hunc Basilij sensum confirmare videtur Artephius in his verbis. *Deus est alligatus creaturis suis, per suum Verbum, & separatus ab ipsis, in quantum ipsas transcendit, nec enim creauit ille, aliquid sibi æquale, sed de magnis ipsius beneficiis, hoc est maximum, quod ipse adligauerit corpus nostrum, cum subtilissimo omnium elementorum, scilicet anima, quæ vidit occulta, manifeste, modo si corporis virtus ei minime prædominetur, quanto enim magis fortificantur corporis vires, tanto anima virtutes necesse est debilitari, & quanto magis corpus debilitatur, tanto magis ipsius anima subtiliatur intuitus.* Et propterea dixit magister Bolenius. *Pone lumen tuum in vase vitreo claro, & nota, quod omnis Sapiētia mundi huius versatur circa hæc tria, videlicet, adligamentum anima corporalis, cum anima corporali & anima SPIRITUALIS cum corporali, & SPIRITUALIS cum SPIRITUALI,*

sed ligamentum anima corporalis cum corporali propinquius est, & facilius, quam spiritalis cum spiritali. Hæc ille. In quo sermone vniuersi mundi Sapientia virtutem explicauit & mysterium Chymia veræ manifestauit. Sed & hæc Artephij verba ab alio Anonymo sic peroptime interpretari videntur. Homo per animam cognoscit & intelligit omnes res arcanas, si modo illa non impediatur per corpus: nam quanto magis augetur corporis vires, seu virtus per naturale nutrimentum cibi & potus, tanto magis infirmatur, & decrescit intellectus Spiritus. Hinc dicit Sapiens Belienus. *Quæris lucem tuam hoc est animam tuam? quare eam in vitreo vaseculo, hoc est in corpore non saginato nimis, ita enim poteris intellectus cognoscere & comprehendere arcana, & mirabilia Dei.* Hæc ille. His igitur recte consideratis cognoscendum est non sine summa consideratione, quale sit pabulum corpus humanum, atq; eius vires augens, & quale illud quod mentem seu animam refocillare solet, & consequenter si loco nutritionis corporis anima sit magis nutrienda, videamus quale sit eius nutrimentum. Iuxta vetus illud Philosophorum axioma: *Simile nutritur à suo simili:* at anima est res omnium creatarum subtilissima, ergo & eius refectionis, est à Spiritu tali: sic etiam videmus, quod omne vegetabile multiplicetur tam in formali sua virtute, per animæ refectionem à suo simili; quam corporea sua dimensione per assiduam elementorum subtilium appositionem: At anima dicta est subtilis quædam ignea essentia, quæ est efficacissima formæ lucidæ virtus. Cui res nulla, vrcunq; ei contraria resistere potest: quare etiam necesse est, vt ipsa à simili reficiatur à fonte totius Sapientia scaturiente, quo molem corpoream superare queat: Hinc ergo optime dixit vir quidam doctus, quod Spiritu non ore nutrimentum hauriunt, qui mente magis, quam Spiritu viuere volunt & corpora eorum subtilia reddere. Est enim iuxta sacrarum literarum sensum cælum per cælum, non per terram, sed huius virtutes per illius cognoscere licet, nemo enim ad cælum ascendit, nisi qui de cælo descendit, illū illuminet prius, melius enim confirmari non possumus, quam per virtutem, quæ est summa veritas. Visne ergo Merfenne verum lapidem animale conflare? Lapidem angularem totius istiusmodi transformationis basim in te ipso quære: sed in primis, vt te ipsum cognoscas moneo: quæras dico eum in te ipso: nam scias Iesum inhabitare vile tuum corpus, si non vis pro reprobo haberi. At Iesus est Verbum, atque petra illa Spiritualis, quam nollem imposterum, vt cum pseudo structoribus reprobes: Elicias istius petrae angularis virtutem & actum à te, vt tū postea non tibi ipsi solummodo, sed aliis benefacere & benedicere possis, ne diutius includatur lux tua in tenebris seu tenebrosa laterna, sed in tui & aliorum beneficium emittatur, quo digne & realiter viuas: nam hac via conflatur lapis ille verus animalis, atque hoc modo in verum Cephas cum Apostolo Petro, eris transmutatus, nec veros Philosophos viam docentes, ideo vilipendes, atque nebulones supplicio dignos pronuncies velim, dum viam veram istius tuæ transmutationis doceant: Nam Morienus ait. *In te est & ex te extrahitur o bone rex.* Et Geber, docet ad veræ Chymia perfectionem peruenire non posse, qui illius principia in se ipso non cognouerit. Quare scias velim, quod quicquid scripserunt Chymici, id occulte & more mystico scripserunt, & tamen veritatis medulla subscriptorum eorum umbra est occultata, vt ipse, qui sensum Chymicum sapienter capere desiderat, aliud legat, & aliud intelligat, quamuis aliquibus in locis licet succincte, & quasi verbo mysterium tanguant. Sed tū iuxta verba prædictorum, & scripturarum intentionem taliter elucescat lumen tuum hominibus, vt glorificent patrem nostrum, qui est cœlis. Veniemus igitur ad praxim.

Transmutemini (ait Darnæus) transmutemini de lapidibus mortuis in lapides viuos Philosophicos: viam huiusmodi transmutationis, nos docet Apostolus dum

dum ait: *Eadem mens sit in vobis, quæ est in Iesu*, mentem autem explicat in sequentibus, nimirum *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se æqualem esse Deo*. Sed ut Chymicis gradibus hoc præstare possimus, necesse est, ut Sapientum Chymicorum sensum, paulo accuratiori intuitu aperiamus, quo videatis aliud scripsisse, aliud intellexisse Sapientes. Imperfectus es? ad debitam perfectionem anhela: foetidus & immundus es? purga te lachrymis, sublima te moribus & virtutibus, orna te gratiis Sacramentalibus, fac animam sublimem & cœlestium contemplationum subtile ac Angelicis Spiritibus conformem, ut corpus putridum, & vile cinerem, possit viuificare, dealbare atque incorruptibile impalpabileque omnia per I. C. D. N. resurrectionem efficere. At vero quod I. C. D. N. in hac vita electis apparere solet, atque hæc omnia ipsis præstare, nos docet Apostolus, ubi ait. *Ita ut nihil vobis desit, in ulla gratia expectantibus reuelationem D. N. I. C. qui & confirmabit vos usque in finem* &c. Quibus declaratur, quod ista apparitio sit in hac vita quatenus in vita secunda, seu futura nullus est finis.

Concludimus igitur, quod Iesus sit templi humani lapis angularis, cuius exaltatione non aliter exaltabitur eius templum, quam tempore Salomonis, finitis eius precibus, gloria Domini, dictum est fuisse repletum, atque ita ex Cæpha seu Aben mortuis, lapides vivi facti sunt homines pii, idque transmutatione reali, ab Adami lapsi statu in statum suæ innocentiae & perfectionis, hoc est à vili & leprosi plumbi conditione in auri purissimi perfectionem, idque mediante auro illo viuo, lapide Philosophorum mystico, Sapientia dico & emanatione diuina, quæ est donum Dei, & non aliter.

Hic ergo est in primis animaduertendum, quod ut homini (ita diuina gratia & bonitate exaltato) datum sit omnia arcana cognoscere: auri quidem & argenti conficiendi ratio inter cætera dona proculdubio erit minimi momenti. Nam si taliter exaltatis omnia dona & arcana noscere sit concessum, sequitur pro concessio, ut quodlibet etiam particulare eos minime lateat. At Apostolus dicit: *In omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo, & in omni scientia sicut testimonium confirmatum est in vobis, ita ut nihil vobis desit in ulla gratia* &c. Et Salomon, (*Sapientia docente cognitionem habui cuiuslibet rei, tam occulta, quam manifesta*).

His vero videre atque animaduertere licet, an cum ratione vel iudicio prolati sunt sermones illi Merfennio in Alchymistas veros ipsos nebulones & tenebriones vocante, quia verba sua faciant habere cum Theologiae mysteriis reuelationem, cum totius scripturæ subiectum sit circa virtutis diuinæ ob causam humanam exercitationem, seu Christi resurrectionem, utpote, quæ nihil aliud sit, nisi perfectissimum signum, quod nos virtute illius verbi incarnati in hac vita possumus regenerari, & à morte mediante eodem Spiritu viuifico resurgere ad vitam æternam: Si enim istiusmodi termini minime conuenirent Chymiae istiusmodi diuinæ, quam male ab Apostolo dictum est hoc, *Tandem transformabimur in eandem imaginem*: Imo vero de cordis mundificatione, de Spiritus rectificatione, de mentis ad Deum sublimatione, de luminis à tenebris emissionem, de resurrectione, tam in hac vita, quam in alia, de resurrectione à somno mortali, & infinitis aliis terminis, ad Chymiam vitam pertinentibus, ubique mentionem faciunt Scripturæ sacræ, de corpore corruptibili & incorruptibili, de mutatione à statu terrestri in cœlestem: imo vero & per ipsum granum tritici, quod dicit D. Paulus debere prius mori in terra priusquam resurgat: luculenter arguit, quod Christi actiones tam in vita & passione quàm in eius resurrectione possunt, per similitudinē minimarum & indignarū creaturarū exprimi, multo magis per diuinas veræ Alchymiae voces ad hominis exaltationem tendentes: cum Spiritus ille Sapientiae viuificus est

ille solus in omni creatura actor primarius à quo & Christus homo à morte ad vitam resurgebat , sed etiam omnes alij Christiani eius exemplo ducti hoc idem fiducia certa expectant , imo quidem & ipsam vilissimam plantam (ut in grano tritici videtur) à corruptione ad generationem in admirabili multiplicatione & incremento mediante illo Spiritu vniuersali resurgere & reuiuiscere videmus. Quare vobis (Lectores iusti) hanc Alchymistarum verorum causam committo , quo videatis , inquisitione reali facta , an Monachus hic iuste vel iniuste Paracelsum , Conradum & cæteros in Chymia vera versatos merito condemnauerit
necne.

LIBER

LIBER QVARTVS.

In quo

CAVSA FRATRVM

ROSEÆ CRVCIS, (QVOS ETIAM PETIT
maleuolus iste per calumniam, & malitiam) stre-
nue & viriliter satis defenditur.



Voniam Fr. Marini Mersenni consuetudo & delectatio, à charitate aberrans, est cuiuslibet conditionis viros conuitiis & calumniis prosequi: non nobis inexpectato venire potest, si ipsos per calumniam, & malitiam petat, qui in vera Magia, Cabala, & Chymia versantur: cum etiam ipse istas scientias, præcipuas Sapientiae columnas, atq; etiam palatij Sapientiae incolas contemnit, condemnat, & in exilium à Christianorum turba, idq; sono & clangore quasi buccinae relegare conatur. Sed videamus & inquiramus, in primis an sint tales re vera viri, qui donum Sapientiae inhabitant, antequam de temeraria eius in ipsos censura mentionem faciamus vllam. In hac nostra inquisitione in primis authorum nonnullorum recentium, & tum postea sacrarum literarum testimonium inducemus. Inter autores quidem recentiores Agrippa in his verbis viros istiusmodi commemorauit.

Sunt fateor, inquit, aliqui etiam in hunc diem viri Sapientia graues, scientia insignes, virtutibus & potestatibus pollentes, vita & moribus integri, prudentia inuicti, etiam aetate & robore dispositi: ut reipublica consilio & opera plurimum possint prodesse: sed hos aulici vestri contemnunt, ut ab instituto eorum longe diuersos, quibus pro Sapientia malitia est, fraus, & dolus, pro consilio, astus, & calliditas pro scientia, deceptio & perfidia pro prudentia, religionis loco possidet superstitio &c. Porro etiam Cardanus de istiusmodi hominibus, qui vna vice patri suo apparebant, mentionem fecit satis luculentam.

Cardin. sub.

Sed & præter authorum vulgarium testimonia habemus etiam, & ea sacrarum literarum, quæ non modo talium hominum, quasi domum illam Sapientiae ædificantium & habitantium, verum etiam successiuam eorum ad mundi usq; finem continuationem confirmant, utpote à quib. docemur nullum fuisse aut esse aut fore aliquod mundi seculum, in quo aliqui non fuerunt, qui luminis sancti, in mundo & tenebris eiusdem versati, cognitionem non habuerunt, quæ prærogatiuam sibi vindicauerunt numerari inter filios Dei. Imo quidem in omni seculo & ætate aliqui, quamuis numero perpauca, fuerunt, qui per angustam portam transierunt, licet latiorē & ampliorē viam maior hominum pars calcauerit: nam legimus, quod in omni ætate Ecclesiae aliqui sunt reperti quibus *vincentibus* pollicetur, (a) *lignum vitae, quod in paradiso Dei est* (b) *vel manna absconditum, & lapis albus,* (c) *vel stella matutina* (d) *vel vestimenta alba, quibus vestiantur, & donum illud, quo non eluantur nomina eorum ex libro vitae* (e) *vel columna erunt templi, & nomen agni nouum habebunt, &c.* De istiusmodi viris etiam intelliguntur hæc verba Euangelistæ. *Quotquot receperunt lucem illam veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum dedit eis potestatem filios Dei fieri* Ioan. 1. 12. & in prædicta Sapientiae domo secure, & firmiter super montem constructa, inhabitare, iuxta illud à Salvatore prolatum: *Omnis qui audit verba hæc mea & facit ea, assimilabitur viro Sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia & venerunt flumina & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam & non recidit, fundamentum enim erat super petram &c.* Luc. 6. 48.

a Apoc. 2. 7.
b Apoc. 2. 17.
c Apoc. 2. 16.
d Apoc. 1. 5.
e Apoc. 3. 12.

Ioan. 1. 12.

Matth. 7. 24.
Luc. 6. 48.

At

At dicetis, cur ita occultati sunt isti boni domus illius metaphoricæ inhabitatores, quàm secreta eorum mansio? cur nō mundo longe ante hoc tempus, comparent? Si tanta ijs adsit virtus & potestas, cur non reuelant sua secreta (vt Merfennus vult) in bonum Reipub. in qua viuunt? Cui obiectioni respondeo, quod dicescunt equidem diuitiis cœlestibus, & tamen mundo quasi pauperes & incogniti sunt. Nec mirum cum ipsi Spiritu diuites contemnant mundum eiulq; diuitias pomposas, iuxta illud Euangelistæ *nolite mundum diligere, neq; ea, quæ in mundo sunt, nam omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia.* Atq; hinc est, quod mundus non nouerit filios Dei, quia *filij Dei non nouerunt mundum*, quippe, *qui totus in malignitate est positus.* Attamen voluntas Dei est, quod occulta manifestentur. Et Deus promissit per Prophetam suum, quod vltimis diebus, ante mundi periodum *infunderet Spiritum suum sanctum super omnem carnem.* Et Psalmista Reginus prælagiuit quod *Deus filios hominum sub tegmine alarum suarum sperantes de torrente voluptatis sue potauerit, quoniam apud eum est fons vitæ, & in lumine eius videbimus lumen.*

Sed vt ad illius arcis Sapientiæ super montem rationabilem ædificatæ incolas redeamus, si à Spiritu disciplinæ sancto, ijs detur omnia scire, quippe cuius est docere omnia, (vnde & Apostolus: *In gratia Dei, quæ vobis data est in Iesu Christo in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia*) tunc sequitur, quod isti inhabitatores domus Sapientiæ, sunt illi soli, & nulli præter ipsos, qui cum Salomone habent in vera Magia, in vera Cabala, & in vera Chymia scientiam & cognitionem: de quibus artibus antea verba tot ponderosa & ad propositum fecimus, cuiusmodi videtur esse laudabilis illa Societatis Rosæ Crucis Fraternitas, ita, temporibus præteritis, mundo decantata, quæ quoniam percipit mundanos mundana, plus quam diuina diligere & domini seruos in odio, & derisione tam in hoc seculo, quam in præcedentibus habere, ideo mundo (vt mihi videtur) ante constitutum tempus comparere nolunt. At quam sit iniquum in mundo Christianis non modo diuina dona ab ijs fratribus quondam oblata respuere, sed etiam & ipsos deridere, pro Magis & fraterculis Acharonteis habere, eisq; summa malignitate maledicere, vobis lectoribus remitto iudicare, qui in altiori mysterij humani profunditate estis occupati.

Sed absit vt omnes mundani in pessimā & diabolicā illam incidant erga fratres suos vere Christianos sententiā, & præcipue procul sit illud vitium à viris religiosi, vt ipsi fratres illos in Iesu Christo calumniis & conuitiis persequantur: Illi inquam, qui multoties legunt, & relegunt hæc Christi verba. *Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio: qui dixerit fatue, reus erit gehenna ignis &c.* Et alibi. *Nolite iudicare & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini, in quo enim iudicio indicaueritis iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis, remetiatur vobis.* Talis ergo minime videtur esse Frat. M. Merfennus, si huic suo contextui fidem vllam adhiberemus. Vide, inquit, ne in fraternitatis offensionem incurras, &c. Sed metuo ne ipse sit fluctuans in hac sua sententia, vtpote cuius est in suo volumine, modo affirmare modo negare: Nam quoties contra hoc præceptum ab eo publicatum peccauerit ipse, neminem mentis compotem latere potest. Et tamen à Salvatore nostro hæc accepit. *Hypocritæ, qui vides festucam in oculo fratris tui, & irabem in oculo tuo non vides, eice primum irabem de oculo tuo, &c.* Hic, inquam, in fratrum offensionem ne recurramus nos monet, & tamen ipse ubiq; offendit fratres suos calumniis & conuitiis, seueriter iudicat & malitiose afficit, supplicio inaudito condemnat. Sed audiamus quale sit eius iudicium de semine illo inter homines diuino & electo, quod Rosæ Crucis Fraternitatem appellant.

Ex Col. 1452. Mersenni.

Sane iudices & principes serio monitos cupio, ne portenta hæc & opinionum errorum monstra in suis ditionibus grassari permittant, & illos Acheronteos Roseæ Crucis fraterculos penitus eliminant, qui fere quibuslibet nundinis Francofurtensibus libellos impietatem redolentes in orbem Christianum inducunt, cum antro suo & spurio Patre nondum cognito, blasphema enim sunt, quæ annūtiant, & se hereticos atq; Magos, vel saltem è Magorum scriptis plurima furto sumentes, plus nimio produnt &c.

Responsum.

Dux me mouent atq; incitant rationes, cur in virorum istorum feliciū causam hoc in loco contra falsas Mersenni accusationes descendam, quarum prior est, quoniam in quodam meo tractatu istam Fraternitatem pro viribus meis contra calumniosas Cuiusdam aspersiones defendebam: Secunda est quoniam ipsius veritatis & Sapientiæ diuinæ cultorum hostibus & aduersariis resistere, pessimaq; ipsorum iniurias propulsare, atq; repellere summum esse veri Christiani & viri probi officium existimamus, vtpote cuius est Sapientiam diuinam, & eius filios summa cum reuerentia venerari, & amore fideli, atq; sincero prosequi. Sed vt rem pari methodo cum Fraternitate ista ac cum præcedentibus tribus præcipuis Sapientiæ columnis, videlicet Magia, Cabala, atq; Chymia, agamus: dicimus quod

Fraternitas Roseæ crucis sit aut	{	Vera & essentialis, quæ recte veritatur in vera	{	Magia seu Sapientia Cabala. Alchymia.
		Adulterina & notha, atq; huius sectæ alij talem falso induunt denominationem, aut anima ducti		Auara, seu indigente, quo vulgus decipiant. Superba, vt scilicet videantur tales quales reuera non sunt. Malitiosa, vt vitam vitiosam ducen- tes pessimam in veram Fraternita- tem famam inducant.

Quod autem ad spurium illud & falso assumptum Fraternitatis nomen attinet, insignes huiusce sectæ nebulones & supplicio dignissimos, remittimus eis, quorum est de ipsorum dolis, atq; fraudibus iudicare, quoniam istiusmodi deceptores ubiq; & omnes fere regiones frequentantes, vel Magia sua superstitiosa, vel Astrologia sua imaginaria, vel Chymia spuria receptibus falsis & sophisticis, vel Cabalæ mendacis ineptiis, mundanos, aurum, diuitias, atque scientiarum mysteria inhiantes, quotidie decipiunt, atque ita istis suis impietatibus, veram Sapientiam & sinceros eiusdem cultores prauis opinionibus contaminant, & in oculis mundi damnabiles reddunt.

De quibus si M. Mersennus intelligat, certe ipsum in hoc infonem pronuntiamus, qui nihilominus in eo est damnandus, quod veritatē semper cum falsitate confundit in suo iudicio & totū pro parte capit: seu potius vmbra pro vero subiecto, seu veritatem pro figmento.

Cæterum viri sectæ veræ, erga Deum erecti, sunt potius summis honoribus laudandi, quam ab ignaris tanta vehementia condemnandi: sed quoniam ipsi causa minime cognita à Fratre Mersenno iudicantur, condemnantur & pro fraterculis Acheronteis habentur, in primis considerandum erit serio, quodnam siteorum Palatium seu Castellum, quæue domus, de qua sæ-

FF

picule

picule in eorum Fama facta est mentio, tū postea qui & quales sunt eius incolæ, & cur inter alia nomina Fratres, inprimis, & consequenter, cur Roseæ Crucis, ac tandē in fine testimonium ab ipsis depromptum in publicū est producēdū, vt ex eo iudicare possimus an istiusmodi viri digne aut merito à M. Merfeno pro portentis & opinionum erronearum monstris ac Acheronteis Fraterculis publice sint proclamati & ebuccinati necne. Quanam ergo sit mea de hisce dubiis opinio, vobis breuiter hic ostendam.

Ad primum ergo dicimus, quod palatium seu cœnobium Fraternitatis huius, vti ex verbis ipsorū colligere possumus, est illud de quo sic loquitur pagina sacra. *Ascendamus ad montem rationabilem, & ædificemus domum Sapientie.* Istius autem montes fundamentum cognoscimus esse lapidem angularem, qui de monte abscissus sine manibus (teste Propheta) factus est mons magnus implens totam terram postquam fregisset pedes statuæ. Hinc ergo ait Propheta, *Domus Dei magna est ô Israel, & ingens locus possessionis eius*, hoc est, mons eius, qui reuera, est mons ille verus Horeb, seu ille Spiritualis Sion, toties in pagina sacra repetita. Atq; hic lapis est eadē petra, illa vera domus de qua intendit Euangelista asserens quod *sapiens ædificauerit domum & foderit in altum & posuerit fundamentum eiusdem supra petram &c.* At petra illa est Christus, super quem domus Spiritualis & Sacerdotium sanctum &c. Verum quamuis iubemur domum ædificare super montem istum petrosū, euident tamen est, quod hoc non sit opus humanum, vt stulti Alchymistæ aut Magi Sophistici existimant, sed diuinum, vnde hoc certissimum est, quod nisi Sapientia ipsa adsit, ad tale opus, tanquam agens primaria tam in artista, quam in subiecto operis, nihil præstabit artis humanæ conamen, quod etiam verbis expressis affirmare videtur textus sacer in his Psal. 127. 1. *Domum nisi Deus ædificauerit, in vanum laborauerunt, qui eā ædificauerunt &c.* Adaptat & disponit idq; docta expertaq; manu domum à Deo datam, atque significatam, & tum postea Deus agit ad perfectionem, non aliter quam masculum agentem in fœminam patientem adaptatione & dispositione tertium procreare videmus, videlicet fœtum, quem non ædificat homo artifex, sed Spiritus diuinus in semine delitescens.

Hinc ergo Apostolus: *Rogamus vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operamini manibus vestris sicut præcepimus vobis &c.* Et in sequentibus effectum arguit his verbis: *Vt nullius aliquid desideretis*: 127. Psal. 51. David: *Beati qui ambulant in viis Domini, labores enim manuum suarum manducabunt*: & tamen manus artificis nihil faciunt (vti dixi) nisi disponendo & separando superflua, & tunc Spiritus per se agit ad clybanum perfectionis & ad dispositionem cœlestem illius regij palatij. Domum (ait Apostolus) non manufactam seu Spirituale corpus habemus æternum in cœlis, hoc est domum Sapientiæ super montem rationalem siue petram Spiritualem constructam.

Sed & hoc optime expressit D. Paulus in his verbis: *Plantauit ego (inquit) Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat, videlicet Deus, Dei enim sumus adiutores, Dei agricultura estis secundum gratiam Dei, quæ mihi data est, vt Sapiens architectus fundamentum posui, alius autem super ædificat.*

Vnusquisq; videat quomodo super ædificet, fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est solus Christus, si quis autem super ædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscunq; opus manifestum erit, dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit, si eius opus manserit, quod ædificauit mercedem accipiet, si eius opus arserit, detrimentum patietur. Huc vsque Apostolus, &c.

Atq;

Atq; hinc est quod in pluribus Scripturæ locis vocatur tam petra offensionis & scandali videlicet Christianis adulterinis, quam lapis probatus angularis & pretiosus in fundamento fundatus omnibus, qui crediderunt in eum, unde non confundetur: vt ergo est lapis scandali, ita de domo male super eum fundata, sic loquitur Propheta, Domum suam ædificant in iniustitia vix ei & cœnaculo suo in iudicio: Et Salomon. Domus impiorum delebitur. Vt vero est petra pretiosa angularis & probata, sic super istam petram ædificant veri structores domum Sapientiæ. Domum, inquam, iustorum (quæ iuxta Sapientis sententiam æternum permanebit, vtpote, quæ neq; à ventis, neq; à pluuia, nec ab inundatione quacunq; vibrari potest (vt testatur D. Matthæus.)

De ista Domo hæc cecinit Psalmista regius: Domum tuam intrabo, in multitudine misericordiæ tuæ: Domus tuæ decorem dilexi, & locum habitationis gloriæ tuæ. In domo Dei mei elegi abiectus esse, magis quam habitare, in tabernaculis peccatorum &c.

Per quem eius sermonem non intelligebat Rex Templum artificio mere humano constructum, quoniam teste Scriptura, Dominus non habitabat Domum ab Israelitarum exitu ab Ægypto ad tempus Salomonis, sed mansionem suam in tentorio habuit. Porro Iehoua ipsum Dauidem alloquens ait: Domum meo nomini non ædificabis, eo, quod sis vir bellator & sanguinem fudisti, &c. Per quæ verba intelligit, templum materiale: nam testatur Iacer Text. quod Dauid habuerit Templi materialis descriptionem spiritualiter à Digno Dei sibi descriptam: vnde etiam arguere videtur se vidisse & artificem fuisse in domus super montem rationabilem fundatæ structura: vtpote ad cuius exemplar non modo formatum erat tabernaculum fæderis & templum Salomonis, sed etiam ipse homo, qui ideo dicitur templum Spiritus sancti.

Concludimus deniq;, quod vnica domus istius constructio veri fratris adiumento sit occulti manifestatio, hoc est, rupis Spiritualis seu Sapientiæ mysticæ à lapide Patriarchæ (quem vocat Domum Dei) reuelatio, hoc est Domus seu palatii Spiritualis super montem rationalem constructio, atq; hunc lapidem Castellum mysticum Bethlehem vocamus, de quo sic loquitur Euangelista, *Christus erat de Castello Bethlehem.* Vnde erat Dauid, quod quidem ex Etymologia facillime sit colligendum: nam בֵּית לֶחֶם Bethlehem denotat domum panis: & domum Belli: At Manna erat panis absconditus & panis seu cibus Angelorum, panis de cœlo, & verbum, ex quo omnis homo viuere potest sine pane vulgi: vt scripturæ & in scripturis Christus nos docet, vnde sequitur quod Bethlehem idem est quasi quod בֵּית לֶחֶם Bethel, quod denotat Domum Dei, iuxta illud Iacobi & lapis iste vocabitur *Domus Dei*: quare si Domus Dei & templum Christi: cuius quidem rei mysteriū peroptime nobis describitur à viro patiente, qui sic loquitur: *Est terra de qua oriebatur Panis, in loco suo igni subuersa est: locus Saphiri lapides eius & gleba eius aurum semitam ignorauit auis &c.* In silicem mittit manus eius & euertit radicibus montes &c.

Ex quibus verbis non modo terream Domus istius substantiam, sed & diuitias, & lucem in ea igneam, atq; tum postea virtutem & potestatem designat: vnde ab eiusdem fortitudine immensi, aliter interpretatur Bethlehem, Castellum à quo egressus est Christus, domus belli: quare & ab Hermete, Chymico vero, & diuino dictatur lapis ille Spiritualis, non ille spuriorum Chymicorum) gloriæ totius mundi, mediante qua, fugiet à te omnis obscuritas, & totius fortitudinis fortitudo fortis. Quia vincit omnem rem subtilem omnemque solidam penetrat. Sic mundus creatus est. Hæc ille.

Atq; sic habetam ex Iob, quam Hermetis doctrina non modo domus seu palatij istiusmodi materialia præciosa, sed & virtutem descriptam, quam etiam & per vocabulum aliæ ciuitatis seu arcis in scopuli summitate constructæ more Cabalistico descriptum habes, videlicet *Bethulia*, quod significat virgo Domini, aut domus parturiens Dominum: quare & idem videtur importare, quod *Bethlehem* quasi terra virginea pariens Saluatorem: vnde & hoc vocabulum vnicum in se totum istius Prophetæ sermonem importat. *Aperiatur terra & pariat Saluatorem.* Nam in primis est considerandum, quod nomina tam hominibus in Sacris Scripturis, quam ciuitatibus, non minimum sub se mysterium comprehendant: Sic igitur ciuitatis nomen à *Luz* in *Bethel* est mutatum ob lapidis effectum admirabilem, quem domum Dei vocauit: & *Bethlehem* à pane viuo, qui ex eo quasi domo seu Castello egredi debet, & *Bethulia* metaphoricum habens respectum ad domum Sapientiæ in monte rationabili ædificatam, quod quidem nomen videtur ei ciuitati attribui typico more: videlicet quia pulcherrima erat hæc arx seu ciuitas supra scopulum seu montem fundata: sic etiam mons *Horeb*: ita dictus quasi mons Dei & sic in cæteris: Deniq; vocabuli *Bethlehem* mysterium denotat Prophetæ, in his verbis: *Christus Dux Israel de Bethlehẽ, dabit eos usq; ad tempus in quo parturiens pariet, & reliquæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel.*

Habetis ergo hic domum seu palatium illud Sapientiæ super montem rationabilem constructum, iam vero restat nobis inquirere quales sunt illi Sapientes quibus conceditur in illud palatium regale aditus: Huiusmodi certe homines felices simul atq; eorum mansionem spiritualement sic describit, idq; luculenter Apostolus. *Lapidi ipsi Christo tanquam vini lapides superadificamini in domũ spiritualement: Sacerdotium sanctũ offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum &c. Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annunciat is eius, qui de tenebris vos vocauit ad admirabile lumen suum, qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei &c.* Quibus in verbis, non modo structuræ basim firmissimam, sed & structores, atq; inhabitatores optime describit. Atq; hi sunt illi Christi fideles, qui secundum *Esdæ* doctrinam mortalem tunicam deponentes & immortalem sumentes & confidentes nomen Dei, modo coronantur & accipiunt palmas. Vnde vir quidam Sapientia illuminatus ait: *Frustra enim laborabunt mortales, qui alienam ingressi fuerunt viam, quam vt vult Apostolus, videlicet deponendo tabernaculum, quæ via non fit moriendo, secundum vulgi opinionem, sed vt intendit Petrus, vbi ait, sicut me docuit Christus, videlicet quando in monte fuit transfiguratus, quæ depositio si non esset secreta & abdita, non dixisset Apostolus, sicut me docuit Iesus, neq; dixisset summa veritas nemini hoc dicetis, nam secundum viam vulgarem, vulgariter mori omnibus erat notum à mundi initio &c.* Hæc ille. Quibus gentis huiusce potestatem admirabilem dono à Christo iis dato arguere videtur. Similiter istiusmodi erat ille de quo dicitur: *Ædificabo domum fidelem Sacerdoti fidele & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.* Tales (inquam) sunt illi de quibus intelligit Prophetæ dicens: *Domus Iacob venite & ambulemus in lumine Domini:* de quibus etiam alibi: *Quotquot receperunt lucem istam veram dedit iis potestatem filios Dei veros fieri, his qui credunt in nomine eius.* Ex his ergo statum & conditionem domus huius incolarum percipere possitis: Nunc autem animaduertendum est, quo nomine nuncupantur, vtpote quibus varius in pagina sancta assignatur titulus, videlicet Dei filij, electi à Deo, & genus electum, Prophetæ, & amici Dei, Sapientia, inquit Salomon reddit homines esse Prophetas & amicos Dei: Fideles, iusti, Sapientes, sancti, gens, sancta Christiani sancti, vere Catholici, populus acquisitionis, semen verum Abrahamæ, Sacerdotes, Fratres Apostolici Fratres Christi: Fraternitas Christiana, & multis aliis appellationibus & additamentis, quas omnes hoc in loco recensere nimis foret longum, & lectori tædiosum. Ad titulos vero vltimos

4. Esd. 2.

1. Reg. 2. 35.

1. Pet. 2. 5.

Sap. 7.

mos, quod spectat, videlicet, cur hi semen Abraham dicuntur, cum tam etiam inter gentiles à Deo eliguntur istiusmodi sibi electi, quam à sanguine Iudæorum, ac deniq; cur fratres, cur Fraternitas Apostolica, Christiana & consequenter de Rosea Cruce, sermonem licet succinctum facere mihi quidem, idque haud inconsulte proposui. Imprimis ergo sciendum est, quod vt Christus erat de semine Abraham, mediante quo benedictio & salus promittitur mundo: ita quidem omnes veri Christiani semen Abraham sunt dictitandi, non vt ait Euangelista, qui ex sanguine & carnis voluptate, sed ex Deo sunt nati: *quæ, inquit Christus, est mater mea, & qui fratres mei? Quicunq; faciunt voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est.* Sed & istiusmodi seminis successionem agnoscit plane Apostolus huiusce verbis: *Christi, qui sunt semen Abraham, sunt & secundum promissionem heredes:* Nec enim probat D. Paulus, eos qui præputio sunt circumcisi, sed corde: nec Iudæum externum, sed internum à Deo electum esse narrat: cuiusmodi etiam sunt, gentilium nonnulli, non enim dicit in semine Abraham solos Iudæos esse saluandos, sed omnes nationes terræ, vt ex loco Genesis ante dicto videre liceat, Gentiles sunt coheredes, & concorporales & conparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium. At Christus est semen promissum, teste Apostolo. Verum quis diceret: si ista fraternitas, non sit ex sanguine? Respondeo iuxta præcedentem Euangelistæ sensum, quod talis consanguinitas & Fraternitas sit carnalis & humana, altera est Spiritualis & diuina: sic dictum est, quod filij Dei cognouerint filias hominum, hoc est electi illi à Deo de stirpe Sem, cum quibus Deus ambulauit, cum filiabus de stirpe maledicti Cain, de quibus Poetæ, *Diuinum genus estis vos &c.* Semen ergo diuinum non est illud carnale, sed ex puro igne & Spiritu conflatum mediante quo mundani per electionem redduntur filij Dei, secundum D. Petri sensum, qui *aliquando non populus Dei nunc populus Dei.* Atque hoc semē est incorruptibilis ille Spiritus, quem Deus inclusit rebus omnibus, quod etiam in hac verborum serie verificare videtur Christus: ex lapidibus potens est *Deus suscitare filios Abraham*, hoc est novos Christos & Christianos, *quorum caput est Iesus Christus* (teste Apostolo) *vt Christi caput est Deus*, vnde & alibi. *Domus Christi nos sumus, &c.* Atq; iterum Christus qui (teste Propheta) est lux Israel de Bethlechem (id est de domo panis) in me loquitur, in vobis non informatur, sed potens est in vobis. At *Christus est lapis angularis cui nos tanquam lapides viui*, ab eo tanquam Duce Israel, & petra capitali, aquas viuas à fonte suo perenni emittente, deriuati *superadificari debemus*, &c. Hinc sequitur quod quatenus lapides eatenus viui semen Abraham sumus: & quatenus semē Abraham eatenus fratres vero Christi, & interni Israelitæ: & quatenus interni Israelitæ eatenus templum sumus Dei, quoniam quatenus sumus semen diuinum, eatenus sumus lapides viui, & quatenus lapides viui ab vnica petra excisi, quæ est Christus, eatenus hæc eadem fide facti sumus idem cum Christo, videlicet eius membra, vtpote, qui teste Apostolo, est *vnus corpus habens multa membra, & consequenter coheredes cum eo regni celestis*, vnde certum est, quod illud vnicum in nobis, quo lapides viui appellamur, est illa sola in nobis veritas mediante qua fide confirmamur nos esse filios Dei, & quicquid præter hoc est in massa hominis tenebrosa est figmentum, atq; falsum simulachrum, & virtus & veritas re vera dici non potest, quare & ignis probamine in die iudicii vix & ne vix quidem perdurabit, vtpote fumus Chymereus respectu auri illius Dei à Christo emendi, sola (inquam) illa veritas est perfecta ad omne examen ignis, imo vero & ignea virtute purgatur, iubilat & gloriosior redditur: vt clarius ex verbis Apostoli videre liceat. Hic ergo animaduertendum est imprimis, qui nam sunt filij Abraham, seu Israelitæ illi, non carnales, sed spirituales, videlicet lapides viui, quæ dicuntur ab Euangelista non coitu carnali, sed à Deo nati, deinde quod etiā ex lapidibus, possibile est suscitare filios huiusmodi Abraham.

Tum postea si ex lapidibus, tunc quod filii istiusmodi sint lapides interni, & consequenter spirituales, atque etiam quatenus tam lapidibus quam rebus omnibus aliis terrestribus, quæ terra & lapides à concretione dicuntur, dant vitam & esse, lapides viui possunt dici, & quatenus lapides viui particulares à petra generali & catholica excisi concludunt omnia esse vnum, & vnum omnia & consequenter iuxta illud Apostoli, ipsum Christum, qui ob istam rationem omnia & in omnibus ab eo esse dicitur, quatenus ipsa est veritas sola, & quicquid præter ipsam est præstigiosum, quid existit videlicet res quæ videtur & non est. Quare & hoc est veri chymici diuini opus rem præstigiosam à veritate, hoc est bonum à malo distinguere & contra Iudæorum impiorum naturam Barabbam qui sonat confusionis tenebræ filium, vinculis antiquis remittere & Christum in creatura à Iudaica incredulitate vinctum & quasi incarceratum liberum reddere, atque ita erimus veri verbi factores & sapientia illa è tenebris elucens nos reddet amicos Dei & omni dono nos diuites faciet, atque totum hoc fit aperiendo terram, secundum illud Isai. *ut pariat Saluatorem*, quod quidem non sit spuriorum chymicorum modo sed ratione diuina & mystica, quæ etiam est legitima & veris chymistis reuelata, quos D.

2. Tim. 2. § 6. Paulus *Agricolas veros* vocare videtur, qui (inquit) *certat in agone, non coronabitur nisi legitime certauerit*. Laborantem agricolam oportet primum è fructibus accipere illos. Ad vero spurios atq; etiã alios Philosophos & Theologos opus diuinum ignorantibus, conuertit hunc suum sermonem. *Confitentur se nosse Deum factis autem negant, cum sint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi*. In quibus ambo loci tam boni operatores seu domus sapientiæ structores, & mali seu pseudo architecti describuntur. Hic ergo est domus sapientiæ cõstruendi modus in monte seu scopulo rationabili, hæc est vera cuiuslibet hominis in fraternitatem Christi & semen Abrahamæ adoptandi & verorum agricolarum seu architectorum operandi ratio. Fratres etiam Apostolici dicuntur, quippe qui versantur in mysterio illo quod Apostoli & cognouerunt & mundo audacter prædicauerunt, videlicet in sapientia mystica, & abscondita, quam agnouerunt fuisse omnium mirabilium operatorem, vtpote quæ est lapis ille angularis: Nam Apostoli solebant eos semper fratres dictitare, qui cum ipsis in eodem Dei arcano sunt occupati. Hinc etiam & Fraternitas Apostolica: vnde D. Paulus.

Heb. 13. 1.
Pet. 2.

Fraternitatis charitas maneat in vobis. Et D. Petrus *Fraternitatem diligite*. Fratres *habitare in vnum* quam bonum, & quam iucundum. Atq; huiusmodi fratrum in vnum habitatio nuncupatur fraternitas: & quasi nexus amoris & gaudii firmus in vnica vnus Christi & solius Petræ spiritualis cognitione, vtpote super quod fundamentum omnia sunt constructa, vti in superiori Apostoli sermone sat liquido est declaratum. Quibus rectè à Lectore sapiente reputatis percipiet ipse Marinum Mersennum, non esse de veræ istius fraternitatis societate, aut socium aut membrum aliquod, quamuis in voluminis sui frontispicio sibi Fratris Marini Mersenni titulum assignare & mundo publicare gestiat, at si non frater huius ordinis, ergo frater falsus, & adulterinus, quoniam in fraternitate illa est summum & sola veritas, atque præcipua charitas & fraternalis amor, in hac nihil præter dolum, malitiam, & calumnationem, quæ omnino à veræ fraternitatis schola excluduntur, & in exilium relegantur, quod etiam & in tali forma testatur D. Petrus. *Depo- nentes igitur omnem malitiam, & omnē dolum & simulationes & inuidiam, & omnes detractiones sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, & ad dominum dulcem, Lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobis à Deo vero electis accedatis &c.* Si ergo Mersennus à mundano a- dultiori in statum istiusmodi infantie esset redactus, non se in aliorum causis iudicem temerarium instituisset & fratres suos, eandem cum ipso Christiani- tatem

1. Pet. 1. 1.

tatem profitentes Atheistas, Blasphemos, Hæreticos, Cacomagos, Hæreticomagos, Archimagos, stultos, impudentes, nebulones, ignorantes, tenebriones, & nominibus omnibus conuitiis commaculatis, non clanculo dicere, multo minus in vulgum falso proclamare voluit.

Quare certum est ipsum inter Pseudofratrese esse numerandum, de quibus intendit Apostolus in hoc Textu. *Fratres falsi subintroducti, subintroierunt Gal. 2. explorare nostram libertatem quam habemus in Christo, ut nos in seruitutem redigerent &c.* At iam iam istum veritatis aduersarium pro se ita loquentem audio. Ego sum solummodo frater meis fratribus Catholicis Romanis, atque minime hæreticis, cuiusmodi sunt fratres Lutherani, Calviniani & illi Rosæ Crucis, ego enim sum frater cœlestis ordinis, illi vero Acherontei. Cui ego sic replico, quod minime sufficiat ei futilis istiusmodi excusatio: videlicet quod licet Christianitatis nomen usurpent, non tamen sint ei fratres, utpote alienam ab ipso religionem profitentes, nam si oculis mentis paulo rectoribus inspiciet apostolorum actus, inueniet quidem quod ipsi, qui Fraternitatis fuerunt veræ, Iudæos Christianæ Religionis aduersissimos, suos fratres appellant: nam in vno loco *viri fratres & patres audite* (inquit) Stephanus: in alio tam Gentilibus quam Iudæis sic prædicati sunt Paulus & Barnabas, viri fratres filij generis Abraham &c.

At vero ipse replicabit sine dubio: quod hoc in loco intelligit per fratres successionem Iudæorum ab Abrahâ, quatenus Israelitæ omnes dicuntur fratres. Sed hoc ipsum minime excusabit, quoniam multis in locis, tam in suis prædicationibus, quam Epistolis alloquitur Paulus, etiam Gentiles adhuc minime credentes suos appellat fratres: atque etiam eos, qui erant Idololatræ, uti ex multis sui contextus locis videre liceat. Imo vero & à Propheta hæc legimus, Christus Dux Israel de Bethlehem dabit eos, usque ad tempus in quo parturiens pariet, & reliquæ fratrum eius conuertentur, ad filios Israel &c.

Nonne hoc quam perspicue etiam turbæ confusæ loquendo, Saluator *Mich. 5. 2.* mundi in his verbis, arguere videtur, *unus est magister vester, omnes autem vos fratres estis, &c.* Ac in consequentia rationem denotat dicens, quoniam *unus est Pater vester, qui est in cœlis. Matth. 23. 8.* Quibus denotare videtur non fratres carnales, sed fratres in Deo: nec solos Apostolos est alloquutus ipse, sed etiam confusam audientium turbam, in qua etiam infideles Iudæi cum Gentilibus inerant: Denique hoc totum firmiter concludit Propheta, dictam Saluatoris sententiam confirmans, in hisce verbis: *Fratrem vestrum quisque, quare despicit, cum unus sit Pater & conditor: Quibus liquet quod de omnibus hominibus in genere, utpote, qui ab eadem unica petra sunt excisi, intellexerit, quo ita sese habente, quomodo ausus est Monachus hic contra Apostolorum, imo & magistrum Mal. 2. 10. supremi sensum negare quempiam esse suum fratrem, cum verbis tam expressis, omnes in mundo viros intelligat esse fratres, quatenus ab vno magistro docemur, & ab vno Patre nos omnes orimur. Quare attendat Mercennus ad hæc Psalmistæ regij verba. Psal. 49. 19. Os tuum abundauit malitia & lingua tua concinnabat dolos, sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus eum ponebas scandalum: quare in tenebris es, quia fratrem in odio habes, in tenebris ambulas, & nescis quo eas: Imo vero in hoc suo odio occidit fratrem suum, iuxta illud: Omnis qui odit fratrem suum homicida est: at homicida non habet vitam æternam in se, quemadmodum vice versa, qui diligunt fratres suos translati erunt de morte ad vitam. Hæc D. Ioannes, quibus consideratis de Monacho isto non sum ausus iudicare, quoniã eius est de huiusmodi causa iudicare, qui Cainum iuste iudicauit: nam & Apostolus vititur hoc eodem exemplo.*

Denique ad rationem iam peruenire licet, cur ista Fraternitas, Rosæ Crucis adiunctum sibi vendicet, in præcedentibus sat liquido ex literarum sancta-

sanctarum testimonio, Fraternitati electorum, adiunctum Apostolicum, & Christianum, coniungi declarauimus, Cur igitur non hoc adiunctum Rosæ Crucis? At vero in religione Romana, ordinem habemus sanctæ Cruci dedicatum. Anne ergo est res tantæ indignitatis Fraternitati Apostolicæ & veris Dei electis & fratribus, hoc additamentum Rosæ Crucis adiungere? Aut credet quisquam additionem Rosæ crucis, nihil significationis, ad rem tanti momenti pertinentis, præ se ferre? Imo vero ostendam additionem Rosæ Crucis integrum fraternitatis fidelium mysterium aperire atque detegere, quamuis ignorantibus plane aut nihil aut parum ad propositum sonare videatur. Non est quidem sine ratione, quod in velis Anglicanis, atque etiam in pectoribus Athletarum Christianorum in bello contra Saracenos & Turcas rosæ & rubicundæ crucis portauerint characteres: Quare mysterium hoc in loco crucis nobis imprimis enucleare operæ pretium esse existimo, quo melius certam istiusmodi ad Fraternitatem additionis rationem enucleamus. Sciendum ergo est quod sacra pagina duplicem nobis proposuit crucē non aliter quam duplicem legem, & duplicem Bibliorum sanctorum sensum, & duplicem sapientiam, videlicet exteriores & interiores, quarum exterior quæque est suæ interioris obuelamen: Sic sub lege externa, interna quasi nucleus in testa occultatur, sic in scripto sacro spiritus litera absconditur, & Sapientia diuina & mystica in confusa illa mundana, quæ mera est hominum nam postquam Adam gustasset de arbore boni & mali, confusio protinus orta est, & veritas lucida figmenti tenebris ita est obuelata, ut error protinus in mundum irreperit atque ita loco puræ & simplicis vnitatis unitatum confusio videlicet, numerus ille binarius, monstrum nempe biceps, utpote tam ad malum quam bonum respiciens, est ortum. Atque hinc partus est interni & externi nexus, vitii & virtutis mixtio, sapientiæ mysticæ cum humanæ commaculatio, lucis in tenebris occultatio. Atque ut hæc omnia in vnum reducamus, spiritus sub litera obuelatio. Sed quid opus pluribus? Verbo ut dicam eadem proportio quæ erat inter sapientiam mundanam seu humanam & illam diuinam, est inter crucem corpoream & externam atque illam spiritua-lem: nam ut Apostolus ait, quod *sapientia huius mundi sit stultitia apud Deum*, & alibi: *Deus eam stultam fecit*, unde D. Iacob. ait *Sapientia tua & scientia tua hæc te decepit*, ita quidem sapientia diuina & mystica est illa *spiritualis & occultata quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam electorum*, uti testatur D. Paulus. De illa sic loquitur D. Iacobus *sapientia contradicens veritati non est de sursum descendens à patre luminum, sed terrena, animalis & Diabolica*, de hac vero sic, sapientia, quæ *de sursum est, primum pudica est, deinde pacifica, modesta, &c.* Hoc etiam & idem dicendum est de cruce: quare interna est illa realis & de essentia vera sapientiæ illius mysticæ, ut & externa est solummodo inuentio humana, quæ nihil est aliud quam figmentum & simulachrum falsum ad crucem illam essentialē typicē depingendam, quod verificari videtur D. Paulus sic loquendo *Non in manufacta sancta Christus introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum calum, ut appareat vultui Dei pro nobis*. Neque ut sæpe offerat seipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno &c. Imo vero Apostolus per totum illud caput, probare videtur, quod omnes illæ actiones in sanguinis alieni aspersione in tabernaculi fabrica, in cruce qua serpens æneus erat positus seu suspensus, & omnia reliqua lege Mosaica obseruata, essent typica & analogica, realia illa seculo futuro arguentia, quod verbis expressis sic probat. Hoc, significantes Spiritu sancto nondum propolatum esse sanctorum via, adhuc priori tabernaculo habente statum, quæ parabola est temporis instantis &c. Porro etiam alibi scriptum inuenimus quod *excelsus non habet in manufactis*: Quibus euident reditur, quod crux manifesta & ingenio humano fabricata sit minimi momenti, atque ita se habeat in rei veritate ut sapien-

1. Cor. 3.

1. Cor. 1.

Iacob. 3. 47.

1. Cor. 2.

Iacob. 3. 2.

Hebr. 9. 24.

Hebr. 9. 8.

A. 7. 48.

sapientia mundana, ad illam diuinam & mysticam quam hæc est Dei virtus, illa mera stultitia, quod etiam videtur Apostolus denotare in istiusmodi sermone. *Crux Christi Iudæis scandalum, gentibus stultitia, sanctis vocatis Dei virtus & sapientia* Vbi per scandalum intelligit odium quod habuerunt ad Christi crucem; utpote sola signa expectantes: per stultitiam non modo, ipsos intelligit qui derident crucem, sed qui crucem mundanam & manifestam pro illo spirituali, quæ est virtus Dei, acceperunt; externum videlicet pro interno. Quare ut in mundo obseruantur esse duo oppositissima, ex quibus tanta oritur in mundo antipathia, atque tam immanis inter res mundanas discordia, videlicet lux & tenebræ quarum illius princeps est Christus, huius Diabolus; sic etiam videmus ex hisce crucibus vnicam esse virtutem Dei & sapientiam realem, quæ est pura & sincera lux; altera vero est Diabolica, eo quod in illa non inhabitat diuinitas, quippe quæ est manifesta, & consequenter stultitia gentium vulgus alliciens ad idololatriam; eam videlicet rem venerando in qua nulla est diuinitas, atque ita illud crucem Diaboli quatenus latria adoratur loco illius viuientis ignorantia immani ductum colit & adorat. Hinc scriptum inuenimus à quodam patre reuerendo ecclesiæ crucem Christi ex gemino ligno constitui, super quod cruciabatur Diabolus simul & saluator noster Iesus Christus, ac si dixisset ligno mortuo crucifixus esset Christus, at illo viuo quod & lignum vitæ dicitur Diabolus, cui etiam opinioni videtur, Apostolus astipulari: *cruce (inquit) Christi gloriandum per quam mihi crucifixus est mundus & ego mundo*. Quid autem per mundum sibi crucifixum intendit explicat in his verbis: *Crucis (inquit) stigmata in corpore meo porto*, ac si dixisset crucem Christi veram & spirituales intra me habeo, super quam mundus & res mundanæ sunt crucifixæ & mortuæ, & consequenter ego mundo: unde & alibi *crucifixus sum Christo ut Deo viuam*. Non ergo debemus Diabolicam & mundanam illam crucis manifestæ partem venerari, & tantis honoribus superstitionis insequi, utpote quæ est mortis & non vitæ crux, ex ligno mundano & corruptibili siue re alia conflata, sed illam realem & veram atque viuam Christi crucem, quæ est sapientia mystica illa, quam pagina sancta vocat lignum & arbor vitæ, cuius fons seu radix est verbum lucidum: de qua intendit hic versus: *Forma sacra crucis venerando fulget amictu*. Atque hæc est illa vera interna & centralis crux Christi, à quo fraternitas illa adeo à quibusdam mundi phantasticis defamata atque calumniata, denominationem suam deriuauit: ita inquam videtur esse ratio illa præcipue cur Fratres crucis dicuntur utpote cuius ordinis fuerunt non modo prophete sancti, sed etiam & Apostoli omnes atque fideles eorum discipuli, unde dixit Saluator, *crucem suam tollet & sequetur me, qui vult post me venire abnegat semetipsum*. Quo sermone mundo intimare videtur, imprimis quod à quolibet vero Christiano requirenda sit spiritualis Crux de qua Apostolus loquitur, in locis antea citatis, & quod ipse seipsum negans mundo se crucifigat, ut & ipse mundum sibi, vel ut D. Petrus vult se reddant *sicut infantes rationabiles modo geniti, ut fride dolo lac concupiscant mediante qua crescant ad salutem, & ad Christum lapidem viuum accedant, & eo tanquam lapides viuus adificentur &c.* Similiter alibi dicit *crucem suam qui non accipit & sequitur me, non me dignus est*. Aut ut alibi habetur, *Crucem suam qui non balulatur & post me non venit, non potest esse meus discipulus*: In his igitur verbis maximum delitescit mysterium, inde arguens quod qui non petiit & pulsauit, & inuenit, & ita cognouit illam in se crucem arcanam, ut ipse eam scienter portans, Christum Iesum, qui est virorum caput, & Dux Israel de Bethlehem, digne sequatur, verus Christi discipulus esse nequit. His ergo sat liquido declaratur, quod omnis verus Christi discipulus debeat esse frater vnus ex fraternitate Crucis. At vero iam cur Rosa Crucis iam vobis explicabo: Ex supra dictis facillime colligendum est, quod omnes boni & veri Christiani

summa ope niti debeant illam Crucem mysticam cognoscere, iuuenire & secum ferre, sine qua recte pro discipulis Christi haberi nequeant: At iam inquirendum est, sub qua effigie, vel quasi colore & indumento illud electis comparere & dignosci soleat: Crux illa cui omnes boni Christiani se dedicare debent, non est more Crucis vulgaris & corruptibilis aspectu & colore varia, secundum materiam subiectum, ex ingenio humano est fabricata, sed sanguinea & rosea ruberrima similima liliis inter feta, de quo intelligit propheta more mystico loquens in hæc verba. *Christe, quare rubrum est indumentum tuum & vestimentum quasi calchantum &c.* Aspersus (respondit Christus) sanguis eorum super vestimenta mea &c. Quibus verbis propheta innuere videtur Crucis sanguinem seu rubicundam à rosea Crucis tinctura, utpote in qua sanguis omnium peccantium inspergi quasi videtur, & virtute ipsius, à labe peccatrice mundificetur: Hinc ait D. Ioannes, *sanguis Iesu Christi filii Dei emundat nos ab omni peccato &c.* sanguis (ait) filii Dei, quo sermone non intendit sanguinem humanum, sed illum diuinum & mysticum, unde de sanguine Iesu Christi Deigeniti & non humano loquitur: nam ut est generatio ex sanguine humano & coitu libidinoso, ita etiam est alia diuina ex spiritu Dei, iuxta illud Euangelistæ illius: *Qui non ex sanguinibus & voluptate carnis, sed ex Deo nati sunt: sanguis n. & caro,* prout est ingredi nequit in regnū calorum: unde & alibi, *Sanguine pretioso quasi sanguine agni immaculati, & incontaminati redempti estis.* Atque hinc est quod alibi sit scriptum, quod sanguinis Christi asperio melius loquatur quam Abelis: nam ille erat spiritualis, & mysticus, hic materialis & typicus: Et alibi. *Deus pacis eduxit de mortuis pastorem ouium magnū sanguine testamenti aeterno &c.* Vbi per sanguinem testamenti illum viuū & spiritualem intendit, mediante quo & nullo alio, teste pagina sancta, facta est à morte ad vitam eternam restitutio. Et alibi, *Sanguis hic testamenti quod mandauit ad vos Deus:* De qua ibidem clariùs, inde arguens ceremonias legis antiquæ non esse nisi parabolas & typos ad spirituale istud mysterium absconditum explicandum, sanguis ait hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis Christi sanguis, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatū Deo, emundabit conscientiam vestram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti &c. Quibus arguere videtur, quod sanguis ille sit spiritualis: imprimis, quia ut litera spiritum sub se habet reatum, sic vetus illud mandatum, externum scilicet seu lex Moysaica, legem nouam internam, seu illam Christi in se obuelatam habet: & consequenter legis istius nouæ fundamentum est spirituale, videlicet petra spiritualis cum eius sanguine, utpote ab ea quasi aquis viuis & igneis scaturiente, qui ideo re vera sanguis crucis dicitur, utpote qui cum sit fixus & permanens ad omne ignis examen, quatenus aurum viuū emendum à Christo, quasi crucifixus dicitur & sanguis crucis, mediante quo sabbathum, requies, & pax creaturis redditur. Quod etiam ex his scripti sacri verbis luculenter innotescit. *Pacificans per sanguinem crucis eius, sine qua in terris sunt, siue qua in calis.* Atque hinc etiam erat quod beati dicti sunt lauasse stolas suas, ut esset potestas eorum in ligno seu arbore vitæ. Hic inquam crucis sanguis erat ille testamenti, quod mandauit ad nos Deus, (est enim donum spiritus sancti) cuius communicatio est, *Calix ille cui benedicimus & sanguis* in vero sacramento mysticus, qui est sumendus, iuxta illud Apostoli: *sanguis Christi est communicatio calicis cui benedicimus.* Hæc ergo est vera crux rosea liliis adornata: quem Esdras seu potius Deus Esdræ testimonio, per metaphoram domui sapientiæ super septem columnas constructæ alludens sic depingit: *Parauit (inquit Deus) montes septem habentes rosam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos. Et in alio eiusdem loco nominat donum, seu arcem istam caelestem Sion: vbi etiam & incolarum conditionem ita describit. Recipe Sion numerum tuum & concludite candidatos tuos qui legem Domini comple-*

Isai. 63. 2.

1. Ioan. 1.

Ioan. 13.

1. Pet. 1.

Heb. 12.

Heb. 13. 10.

Heb. 9.

Heb. 1. 21.

Apo. 22.

1. Cor. 10.

4. Esd. 2. 19.

Iob. 6. 40.

complerent, & rogā imperiam Domini, ut sanctificetur populus tuus quā vocatus est
 ab initio & c. Hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpse-
 runt, & confessi sunt nomen Dei, & c. De secreta istiusmodi tabernaculi dispo-
 sitione antea plenius sumus loquuti, vbi docuimus, quod peream non intelli-
 gam vulgariter mori, quippe quod omnibus est notum, sed eam quæ est se-
 creta & abdita & c. Sic deniq; ad subiectum crucis nostræ pertinet tota Can-
 ticorum Salamonis parabola, in quo legimus (in persona sponsi loquens)
 Ego sum Rosa Scharonis & Lilium conuallium, & c. Dilectus meus similis capra super Cant. 2. 1.
 montem Bethel, (id est) domum Dei, & c. Soror mea sponsa, hortus conclusus, fons Cant. 2. 7.
 signatus, emissiones tua Paradisus malorum punicorum, Fons hortorum, puteus aqua- Cant. 4. 12.
 rum viventium, & c. Deniq; qualiter debent operari ad gemmæ istiusmodi Thes. 4. 10.
 incomparabilis inquisitionem, nos docet pagina sancta, videlicet, vel generali
 forma vel particulari. Generaliter nos instruit Apostolus sic: Rogamus vos
 fratres ut operam deis, ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis, & operamini
 manibus vestris, sicut praecepimus vobis, ut nullius aliquid desideretis. In particula-
 ri sua instructione more analogico discurrens nos docet ad mysterii perfe-
 ctionem, vel sub Agricola vel Architecti typo pertingere: Sub Agricola 1. Cor. 3. 6.
 (inquam) titulo. Vnde sic loquitur. Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus in-
 crementum dabit, & c. Deienim sumus adiutores & operatores: vnde dixit Dei agri-
 cultura estis. Et D. Iacob, de istiusmodi agricolis intelligens ait, patientes estote
 fratres usq; ad aduentum Domini. Ecce Agricola expectat pretiosum fructum ter-
 ræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum. Patientes igitur 1. Cor. 5. 7.
 estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquabit, & c.
 Quod autem D. I. C. apparebit in hac vita electis nos docet D. Paulus qui ait: Cor. 1. 7.
 Ita ut nihil vobis desit in ulla gratia expectantibus revelationem D. N. I. Christi, qui &
 confirmabit vos usq; ad finem sine crimine, & c. Quo sermone indicat ipsum veris fra-
 tribus fore etiam in hac vita reuelatum quippe quod in vita secunda nullus est
 finis. In hoc etiā sensu loquitur propheta dicens aperiatur terra & pariet saluato- Isaia.
 re. Et Euangelista ait potens est Deus ex his lapidibus exscutire semen seu filios Abra-
 hæ. Et Iob: ait. Et terra de qua oriebatur panis in loco suo igni subuersa est: Locus Sa- Iob. 28. 6.
 phiri lapides eius & gleba aurum. Et patriarcha agnouit lapidem, quem crexit in
 titulum esse domum Dei: at verbum & sapientia est Lux perfectissima quæ
 manifesta occultando & occulta manifestando in mortalium aspectum com-
 parere non est impossibile. Vt igitur istiusmodi agricolæ veram terram istam
 more legitimo præparent, cultiuent, & disponant necesse est & cum Paulo in
 ea plantare & cum Apolline irrigare eam priusquam fructum Deo benedicen-
 te, accipere queant non sine patientia expectantes revelationem Domini. A cra-
 tionem dat Apostolus dicens, non esse volentia aut currenti sed Deo miseren-
 te: Deniq; sub architecti figura operatur frater ad huius operis perfeccio-
 nem, vnde Apostolus ait loco citato secundum gratiam Dei quæ mihi data
 est, ut sapiens Architectus, fundamentum posui, alius autem superædificat,
 fundamentum enim nemo aliud potest ponere præter id quod positum est,
 quod est solus Christus. De huiusmodi Architectura intelligens Paulus, ait
 Deiusumus adiutores, ut sapiens architectus fundamentum posui, alius tamen superadi- 1. Cor. 3.
 ficat, cui etiam David astipulari videtur dicens: Domum nisi adificauerit Deus in
 vanum laborauerunt qui eam superadificauerunt. Quod est idem cum illo à Pau- P. al. 12. 7.
 lo sub typo Agricola prolato. Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui
 incrementum dat, Deus, Dei autem sumus adiutores, & c. Sic etiam licet incor-
 ruptibilis Dei spiritus sit in grano tritici, nihil tamen præstare potest sine
 agricolæ adaptatione & dispositione, cuius est terram cultiuare, & semen
 in ea ad putrefactionem disponere aut granum illud viuum in eius centro
 habitans nihil operabitur. Atq; sub istiusmodi Architecti typo nos monet
 Propheta, ut ascendamus montem rationabilem ut adificemus domum sapientia. Ad

[illegible]

His ergo bene ponderatis liquebit quā parum sit sanguinem crucis
eis sanguis & Christi crux, quam omnis verus Christianus in corde suo
stigare debet, quousque rubicundissimam illam crucem in corde
illum crucis sanguinem ibi fixum & permanentem esse, & eadem inter-
dicti possit Rosa crucis frater & de fraternitate eius esse certum. Quod
miste regii axioma verificando: *Fratres habitant in cruce, & in cruce
incundant.*

Denique dicet procul dubio quis, unde est quod illi tam facile et tam rati-
onabiliter tam bene intelligere presumis, ac quoniam hoc est, quod
tibi ita instructus ut non solum ipsorum religionem, sed etiam
etiam rationem, quæ Rosæ crucis fratres dicuntur, comprehendere
tu ex Rosæ crucis fraterculis unus?

Ad ultimam interrogationem dico, me minime esse culpabilem.

ruisse gratiam agnoscentem cum Apostolo, non est istud donum volentis aut currentis, sed Dei miserescentis, si Deo placuisset voluisse sat erit: Sed ut quærenti, quicumque erit atque etiam vobis (Lectores beneuoli) in prioribus dubiis satisfaciam, oculis vestris, Epistolam ego quondam à Fratribus Rosæ crucis ad candidatum quendam Germaniæ missam atque conscriptam fideliter producam, cuius ego à quodam Dantiscano meo amico, exemplar tandem accepi, ut seria eiusdem lectione & relectione facta, tum postea iudicare possitis, an verba à me antea de mente, & de dono Dei spirituali seu lapide angulari facta, de aquis viuis, de horum fratrum religione, ac fraternitatis additamento sint male à me & à proposito ac aberranter prolata, cuius etiam subiecto bene à viris doctis & iustitiæ alis innitentibus ponderato, de ipso optime, idque ingenuè omni partialitate seposita iudicare possunt, an istiusmodi viri, Fratres Rosæ crucis dictitanti sunt tanto supplicio afficiendi, tanto odio & persecutione digni, à mundo Christiano tanta vehementia propulsandi, & in exilium relegandi sempiternum, ut religiosus iste Rhadamanteus iudex, ad tale officium minime vocatus, asseuerare videtur.

Venerand. vir & Dom. honor.

Cum primus eris hic annus tue natiuitatis, felicissimum introitum atq; exitum vitæ tuæ tibi à Deo summo precamur, & quia sacra philosophiæ bono animo constans indagator huc usq; extitisti, euge perge, Deum time: sic igitur ad superos & sic verissimam scientiam tibi ipsi comparabis. Deus n. est qui adinuēnit omnē viam, & Deus, qui solus est circumferentia & centrum. Sed accede, audi, hanc tibi accipe †. Qui scientiam addit, addit & dolorē, eo quod in multa scientia multasit indignatio experti loquimur. Mundani n. omnes, & gloriosi Thrasones iactabundi, pomposi, garruli & inanes immerito blasphemant, etiam te incognita maledicunt nobis. Sed non miramur, quod ingratus mundus verarum artium Professores cum veritate ipsa, sit persecutus, tuatamen de causa interrogationibus his, quid scil. facimus? quid possumus? vel an simus, breuiter respondebimus. Apud Ioan. itaque legimus quod Deus sit summa Lux, & in Luce nos ambulamus, eo quod Lucem (quamuis clausa Lucerna) mundo exhibemus. Sed mundane qui hoc negas, ignoras vel non vides, scire oportet, quod inhabitat tuum vile corpus Iesus. Hoc ex Apostolo habes. At Iesus nouit omnium cogitationes, Cui si adhaeres, unus tandem spiritus cum ipso fies, & cum eiusmodi sis, quis te prohibet cum Salomone hominum ligitationes tam prauas atque bonas scire. Et hoc ex pramissis à me accipies. Et hinc est quod omnibus non respondemus, ob quorundam nimirum mentes fallaces, Nam qui à Deo alieni, sunt nobis contrarii: & quis est tam fatuus, qui peregrinum aduenam permittat alienos ingredi lares. Sed si obiciās expectandum esse unionem hanc in futuro tantum seculo, ecce mundanum in hoc te modo præbes, qui ignorantia tua lucem extinguis, mentitum etiam Apostolum dicere non erubescis, apud quem hac clarius habentur his verbis, ita ut nihil nobis desit in ulla gratia, expectantibus reuelationem D. N. I. C. Sed de vita hac inferius dices minime esse intelligendum. Quid ergo sibi vult versiculus sequens: Qui confirmabit vos usq; in finem: nam in regno Dei non est finis, de statu ergo hoc temporaneo videbitur gloria Domini, & gloriosus Iesus. Si de officio vero nostro ulterius quicquam quaratur. Oves perditas ad verum ouile reducere conamur. Frustra itaq; laboratis miseri mortales qui alienam ingressi fueritis viam, quam ut vult Apostolus, deponendo tabernaculum, quæ via non sit moriendo, secundum vulgi opinionem, sed ut vult Petrus, cum ait; sicut me docuit Christus. videlicet quando in monte fuit transfiguratus, quæ depositio si non fuisset secreta & abdita, non dixisset Apostolus, ut me docuit Iesus: neq; dixisset summa veritas, nemini hoc dicetis: Nam secundum viam vulgarem, vulgariter mori omnibus erat notum ab initio mundi. Transmutemini ergo, transmutemini de lapidibus mortuis in Lapides viuos philosophicos. Viam demonstrat Apostolus, cum ait: idem veleadem mens sit in vobis, quæ est in Iesu, mentem etiam illam explicat in sequentibus, nimirum cum in forma

Dei esset, non rapinam arbitratus est, se aequalem esse Deo: ~~ne~~ ^{ut} ~~videris~~ ^{videris} omnes naturae secretorum abditorum indagatores: hac auditis, his tamen non creditis miseri mortales, qui tam anxii in vestri ruina tenditis, sed vos ne felicitari miserrime, vixne super circulos mundi eleuari superbe, visne in calum super terram hunc & tenebrosam tuum corpus dominari ambitiose, ane omnia mirabilia vultis facere indigni? Lapidem ergo reprobaturum cognoscite, quoniam sit, antequam quærat. Tu autem frater audi, cum S. Ioanne loquar, ut societatem habeas nobiscum, & societas nostra sis cum Patre & cum Iesu, & scribimus vobis, ut gaudeatis, quoniam Deus est Lux & in eo non sunt tenebra ulla ut nobiscum autem conuenias, Lucem hanc cernas, impossibile n. est alia luce (nisi cum volumus) videre nos. Hac ergo sequere nos, quo nobiscum felix fias, centrum enim est omnium rerum fixissimum palatium nostrum, multa etiam obscuritatis, eo quod multis nominibus velatum: ingredi, ingredi ad gloriam Dei tuam salutem, amoris Philosophici portas & gymnasium, in quo docetur perpetua Charitas & Fraternalis amor. Relucens autem illud & inexpugnabile castrum quod super montem Dominice est conditum, ex cuius radice exit fons aquarum viuientium & fluius amoris. Bibe bibe & iterum bibe, ut omnia latentia videas & nobiscum conuenias, interim caue. Sed quid? optime n. nosti quod nihil a natura in nutrimentum sumitur præter id, quod est subtile, crassum & faculentum reicitur in excrementum: Bene etiam a te disputatum est, quod spiritu non ore hauriunt alimentum qui mente magis quam corpore vivere volunt, & corpora eorum subtilia fiunt, e. g. calum per calum non per terram: sed huius per illius virtutes cognoscere licet, & si me recte intelligis nemo in calum ascendit quod quærat nisi qui calo descendit quod non quærat illum illuminat prius. Quicquid ergo ex calo non est simulachrum falsum est, & minime potest dici virtus. Melius itaq. Frater confirmari, non potest quam per virtutem ipsam, qua est Summa Veritas, quam si in omnibus operibus tuis, ac verbis totis viribus Sapienter ac religiose sequi conatus fueris, ipse te confirmabit in dies magis atque magis, est n. igneus spiritus scintilla rutilans granum impassibile nunquam moriens, proprium corpus sublimans, omne creatum inhabitans sustentans atque gubernans, aurum ignitum à Christo emendandum, purum in igne, gloriosius semper & purius, sine diminutione iubilans, te, inquam, confirmabit in dies, donec, ut doctus ait quidam, in praelio factus fueris ut Leo, mundi vires omnes sumere valeas, mortemque non timeas, nec quicquam Diabolica tyrannis excogitare potest violentie, cum feceris talis sis, qualem concupiscis, lapidem & quale opus. Et ut Labores tuos benedicet Deus quod apud probatissimos auctores sub umbra legis accipies, nam aliud legit aliud intelligit sapiens. Imperfectus es? ad debitam perfectionem anhela: fatidus & imminutus es, perga te lacrymis sublimare moribus & virtutibus, orna ac colora te gratis sacramentalibus, fac animam sublimem, & celestium contemplationem subtilem, ac angelicis spiritibus conformem, ut corpus putridum ut vilem cinerem possis viuificare, dealbare atque incorruptibile impassibile que omnino per I. C. D. N. resurrectionem efficere. Hac facies & neminem mortalium me luculentius scripsisse fateberis. Hac tibi dicenda commisit Domina Virtus, à qua secundum merita tua lassus, in posterum doceberis, ea lege ut vult Apostolus, si depositum custodias. Vale.

F. T. R. in Luce, & C.

EPILOGVS.

Scio ego quam plurimos fore homines, quibus in sensu, solummodo vel historico vel tropologico Bibliorum sacrorum versutu, prædictus noster de Theosophia discursus apparebit admodum alienus, incognitus & præter consuetam Theologia vulgaris statuta ordinatus, haud intelligentibus ipsas sacrosancti Evangelii scripturas etiam cum anagogice tum allegorice, idque patrum Ecclesie consensu, exponi posse: Nam quomodo explicatio illarum historica & moralis seu tropologica & literalis doceat quomodo homines imprimis ad Deum creatorem & tum postea ad inuicem, tanquam fratres, & consanguinitate proximi, in societate Christiana & legibus concordia atque moribus idoneis se gerant in hoc mundo, ita quidem sub istiusmodi doctrina typica delitescit illa mystica seu allegorica atque etiam anagogica, in diuinis præcipue mysteriis, enucle-

enucleanda cernitur quam hominibus, vixit qui est diuina carnis imago improprie est acuminatissima mentis
sua acies mundana transcendendo ad sublimius fontem patrum ascendere, atque in eandem imaginem cum
Christo, & per Christum transformari. Hinc ergo erat quod Decalogus ille Moysi in duo tantummodo
à Salvatore nostro est diuisus, quorum Vnum ad Deum spectat, videlicet ut cum timore & reuerentia
eum queramus, atque mystice ipsius sapientia arcana inueniamus, iuxta illud Sapientis Timor Dei est
principium acquisitionis sapientie, omnia tam occulte quam manifesta reuelantur atque amicos Dei
& Prophetas efficiunt. Alterum ad proximum, seu hominem, quod ad tropologiam seu moralitatem
pertinet, videlicet ad ethicam vnius hominis ad alterum ordinatam, & dispositionem, quorum duo-
rum, illud minime esse promulgandum, nam sacra profana haud permiscenda hoc docet mundi Saluator.
Quod quidem arguit in his, Nolite, inquit, proicere margaritas porcis, aut panem filiorum ho-
minum canibus, sed in parabolis eos alloquimini. Et Paulus fassus est se scriptum esse in tertium ca-
pitulum, ubi res se vidisse agnoscit sermone minime propalandas, similiter legimus quod ex libro ab Esdra scri-
ptis, priores mandato ipsius in palam publicarentur, ut ex populo tam digni quam indigni eos legerent: no-
uissimos vero 70. conservandos & secrete tenendos monet, ut sapientibus de populo traderentur. Quibus ar-
guere videtur, quod tam Bibliorum sanctorum mysteria quam moralia ab hominibus sunt amplectenda,
verum illa non nisi paucis eorumque dignis & sapientibus esse reuelanda, & ab eis enucleanda: hac vero tam di-
gnis quam indignis publicanda, ut vita & actionis moralitatem ipsorum lectione addiscant.

Hinc igitur manifestum redditur quod quamuis sacrarum literarum textus & consequenter theologia
tam lectione quam predicatione in sensum vertatur morale, atque ita more tropologico, & historico publica-
tur, non exinde sequitur, quod mysticam etiam ipsam sensum, sub litera absconditum tam ad metaphysicam quam physica
tam hominum salutem non sit eliciendis, quae Theologia species licet prima fronte varia & diuersa ab illo tro-
pologica, atque ob istam rationem aliena magis, & quasi noua videatur, tamen sapientis est (iuxta Saluatoris
intentionem) utraque hac membra amplecti, videlicet illud quod in morali forma à litera tam sapientibus
quam insipientibus seu dignis & indignis depingitur, quam aliud quod sub litera continetur, allegoricum
videlicet, mysticum, & spirituale, quod non nisi paucis, iisque sapientibus est aperiendum.

Hinc ergo est, quod (si queratur, cuius sunt istiusmodi viri sapientes, religionis, qui mystica ista
scripturarum interpretatione pollent) videlicet an Romanæ Lutheranae, Caluinianae &c. vel
habent ne ipsi religionem aliquam sibi ipsis peculiarem & ab aliis diuisam, facillimum erit
ipsis, (ut opinor) respondere: Nam cum omnes Christiani, cuiuscumque religionis tendant ad vnam ean-
dem metam videlicet ipsum Christum, qui est sola veritas, in hoc quidem unanimi consensu illa omnes con-
ueniunt.

At vero quatenus religiones ista tam in moralitatis formula, quam Ceremoniis Ecclesia externis, hu-
manis nempe inuentionibus, cuiusmodi sunt habitus variis monachorum & Pontificum crucis adoratio ima-
ginum approbatio vel abnegatio, variaque de reali praesentia disputatio, luminum de nocte accensio & in-
finita alia discrepare videntur (qua quidem discrepationes sunt praeter essentielles vere sapientia mystica le-
ges) ita quidem in vna atque altera religione credimus disseminari istiusmodi tam minoris quam suprema
conditionis viros, in Theologia mystica adeo versatos, qui post ipsorum victoriam seu acquisitionem, vera
crucis Rosa fratres merito, sunt dicendi, qui mentis suae aciem ad veritatis & unitatis punctum serio appli-
cantes, de istiusmodi externis, & aequam nobis more tropologico ad vulgi beneficium applicatis, cogitant & in,
iuxta moralitatis leges libenter se subiiciunt. Apostoli nihilominus verba haec in animo eorum reuoluentes:
Si quis diligit Deum hic cognitus est ab eo. De eis autem qui idolis immolantur, scimus, Cor. 8. 3.
quia nihil est idolum in hoc mundo, & quod nullus est Deus nisi qui est sola veritas: Quare respe-
ctu ceremoniarum externarum ita se comparant (quemadmodum opinor.) ut D. Paulus se tam Iudaeis
quam Gentilibus habuisse narrat, uti 1. Cor. 9. 19. deuoti videlicet toto conamine ad timorem vnius Dei,
& grati placiti sine offensione fratribus suis. quapropter (ait Apostolus) si esca scandalizat fratrem
meum non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizem. 1. Cor. 8. 13.

Concludo igitur quod isti viri profundi tam morales Bibliorum sacrarum leges, (ut opinor) quam my-
sticæ, in qualibet Christiana secta obseruent diligenter Et iuxta mundi Saluatoris normam tam in
timendo & reuerendo Deo, quam diligendo & omni moralitatis respectu
amplectendo proximos suos summo opere
versantur.

F I N I S.

INDEX

INDEX EORVM, QVÆ IN HOC OPVSCVLO CON- tinentur,

A.		H.	
A Ben iuxta Cabalistas quid.	16.17	H omo omnium creaturarum praestantissimus.	35. eius anima qualis. <i>ibid.</i>
Aben macrocosmicus.	10	Homo quomodo per animam omnia cognoscat.	36
Adamus Cabala peritus.	10	I.	
Agrippa an magus.	8	I acobus Cabala peritus.	11
eius apologia.	8	Influxus putei septenarii.	15
Agrippa occulta philosophia.	7	Isagoge Arbatelis.	3
Alchymia cur à nonnullis male audiat. 25. eius species 25. Alchymia vera. 24. eius essentia. <i>ibid.</i>	50	L.	
laudes. <i>ibid.</i> Alchymia vera & diuina opus.	36	L apis angularis. 16. & seq. spiritualis.	18
Anima quid.	36	Lapis seu petra microcosmica.	20
Arbatelis Isagoge.	3	Liquor spiritualis & ignitus, à petra viua procedens.	34
Aurum animale. 36. Aurum. 34. verum. <i>ib.</i> Alchymistarum. <i>ibid.</i> quale.	<i>ibid.</i>	M	
B.		M agia vocabulum Persicum. 3. quid notet. <i>ibid.</i>	
B erfabah, cur à Iacobo Domus Dei dicta. & seq.	16	duplex. <i>ibid.</i> & seq. an à Christianis repudianda. 5. Magia bona & vera. 5. naturalis. 5. quid. <i>ibid.</i> Magi veteres. 5. an Cacomagi. <i>ibid.</i>	
Bonum summum, verum, philosophorum.	9	Magie antiquae naturalis quatuor schola. 5. Magi Christum adorantes qui 5. Magorum nomen cur exosum. 6. Magorum & Philosophorum discrimen. <i>ibid.</i> Magi veri cur falsa scriptis suis immisceant.	9
C.		Marsilius Ficinus an magus.	8
C abala vera. 10. eius natura. 10. fundamentum. <i>ibid.</i> definitio. <i>ibid.</i> Subiectum. <i>ibid.</i> qui ea prae diti ex antiquioribus primi aut patriarchis. <i>ibid.</i> qui ex posterioris. 11. Cabala vera & superstitiosa. <i>ibid.</i> eius species. <i>ibid.</i> & seq. spuria. 13. eius subiectum. <i>ibid.</i> Cabalista an pro nugine dulcis & impostoribus habendi. 14.	5	N.	
Cacomagia.	5	N atura secreta falso magica existimari.	7
Christus & Dei regnum intra nos. 22. Christus vnicus, licet plura habeat membra. 33. Christiani, omnes veri Israelitae. 21. Christiani omnes lapides viui. 22. Christus petra spiritualis.	22	P.	
Chymici veri opus.	44	P etra spiritualis.	18.19.20
Crux in S. pagina duplex.	46	Philosophi Chymici veri qui. 25. Philosophi Chymia periti. 24. cur veris falsa commisceant. <i>ibid.</i>	
Chymici veri qui.	25	Philosophi cur seria cum falsis, & spuriis commisceant.	9
Chymici cur sua Theologici immisceant.	31	Putei influxus septenarius quid.	15
Chymici vnum habent cum Theologis subiectum.	31	R.	
Crux Christi vera.	47	R egnum Dei intra nos.	22
D.		Rogerus Baco. à Merfeno exagitatus. 6. eius libri de magia. 6. & quales.	<i>ibid.</i>
D avid Cabala peritus.	11	S.	
Dei tabernaculum.	21	S alomon Cabala peritus.	11
Diuitia etiam sapientiam concomitantur.	35	Sapientia vera. 5. Sapientia mystica totius felicitatis subiectum.	35
E.		Semen diuinum quod.	43
E pistola Fratrum R. Cr. ad Anonymum.	15	Simile à simili nutrir.	36
F.		Spiritus occultus & mysticus. 34. Spiritum S. quemlibet locum implere.	32
F ratres roseae crucis. 39. qui. <i>ibid.</i> quales. <i>ibid.</i> eorum mentio apud Agrippam. <i>ibid.</i> & in Scriptura Sacra. <i>ibid.</i> cur occultati. 40. eorum domicilium. 40. cur eorum defensionem suscepit Author.	39	T.	
Fraternitas roseae crucis aut vera, aut falsa.	39	T abernaculum Dei.	21
Frates honore dignissimi. <i>ibid.</i> caenobium ubi. 40. quale 53. super montem rationabilem constructum. 42. cur Fraternitas hac roseae Crucis adiunctum sibi capiat. 45. eorum epistola ad Anonymum. 51. eorum crux qualis.	47	Terra habet lapidem suum spiritualem.	18
		Transitus non fit ab extremo ad extremum, nisi per medium.	50
		Tritemii Steganographia.	7
		V.	
		V enetus Cabalista an pro impostore habendus.	14
		Vrim & Thummini.	34
		Z.	
		Z oroaster an magus.	33

F I N I S.